Viuh. 1640

COMPENDIVM
declarationum, tum ſummorum Pontificum, tum etiam aliorum præſtãtiſsimorum doctorum, ſuper Euangelicam regulam Seraphici patris noſtri Franciſci: ſecundò correctum & emendatum.

A REVERENDO PATRE fratre Franciſco Ortiz Lucio prædicatore prouinciæ Caſtellæ.

Ad Illuſtrem admodũ & Reuerendiſsimum, D. D. Petrum Portocarrero, Commiſſarium Apoſtolicũ, generalem Cruciatæ conſiliarium Regium, & generalis Inquiſitionis, Canonicum Hiſpalenſem.



MADRITI
Apud uiduam Alfonſi Gomezij,
M.D.LXXXV.
Cum licentia & priuilegio.

EL REY.

POr quanto por parte de vos fray Francisco Ortiz Lucio, predicador en el conuento de San Francisco de la villa de Madrid, nos fue fecha relacion, q̃ vos auiades compuesto vn volumẽ de las declaraciones de la regla y compendio dellas: y de los priuilegios de la orden, cõ licẽcia de vuestro prelado, y teniẽdo desseo de sacarle a luz: por la vtilidad q̃ del esperays se siguira, nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar licencia para le imprimir, y priuilegio para q̃ ninguna otra persona sino quiẽ vos señalassedes le pudiesse imprimir, por tiempo de veynte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho volumen se hizieron las diligẽcias que la Pragmatica por nos fecha sobre la impression de los libros dispone. Fue acordado q̃ deuiamus mãdar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razõ, y nos

tuuimoslo por bien, por la qual vos damos licēcia y facultad, para q̃ vos o la persona que vuestro poder tuuiere, y no otra alguna podays hazer imprimir y vender el dicho volumen q̃ de suso se haze mencion, en todos estos nuestros reynos đ Castilla, por tiempo y espacio de diez años primeros siguientes, que corran y se quenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula enadelante: sopena que la persona o personas, que sin tener para ello vuestro podr lo imprimiere o vendiere, o hiziere imprimir o vēder cō pierda la impressiō que hiziere, cō los moldes y aparejos dello, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis cada vez que lo cōtrario hiziere: laqual dicha pena, sea la tercia parte para la persona que lo acusare y la otra tercia parte para el juez que lo sentēciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco, con tanto q̃ todas las vezes que huuieredes de hazer imprimir el dicho volumen, durante el dicho tiempo de los dichos diez

diez años, le traygàys al nueſtro con ſejo, juntamente cō el original, què en el fue viſto, que va rubricada cada plana y firmada al fin de Iuan Gallo de Andrada, nueſtro eſcriuano de ca mara, de los que reſidē en el nueſtro conſejo, y con que antes que ſe venda, le traygays ante los del nueſtro cō ſejo, juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o trayays fe en publica forma, en como por corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original, y ſe imprimio confor me a el, y quedā impr eſſas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que aſsi fueren impreſſos, y ſe os taſſe el precio que por cada volumen aueys de auer, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en las dichas pragmaticas, y leyes de nueſtros reynos. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, y a otras qualeſquier juſticias deſtos nueſtros reynos, que guarden y cumplā y exe

cutèn esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido. Fecha en el Pardo a quatro dias del mes de Octubre, de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY:

Por mandado de su Magestad.
Antonio de Erasso.

FRater Franciſcus Gõzaga, totius ordinis fratrum minorũ Seraphici Franciſci generalis miniſter, & ſeruus dilecto nobis in Chriſto, ac Reuerendo patri fratri Franciſco Ortiz Lucio eiuſdem ordinis theologo & prædicatori egregio prouinciæ Caſtellæ alũno ſalutem in domino perpetuam. Poſtea quam compendium ſuper noſtri Seraphici inſtituti regulam ex varijs tum Pontificum tum ſacrorum doctorum expoſitionibus à te collectum compilatumque accepimus, illud viris eruditis, & probatiſsimis patribus, nempe Reuerendo patri Petro de Caſcales, atq; Reuerendo patri fratri Ioſeph Angles theologo diſertiſsimo, ad reuidendum, legendum & ad approbandum commiſimus. Quamobrem eo reuiſo, & approbato attendentes ad Franciſcanę noſtræ rei publicę vtilitatem & commodum, cum benedictione paterna addito ſalutaris obedientię fructu liberam tibi facultátem imprimendi hoc pręfatum à te elucubratum opuſculum, & in lucem edendi licentiam libentiſsimè concedimus. Vale in Domino Ieſu ipſum pro nobis aſsiduè exoraturus.

Datis Madriti, in conuentu noſtro S. Franciſci. 12. Iulij, ſupra annum. 1583.

Frater Franciſcus Gonzaga:
qui ſupra manu propria.

Vidi & legi iuſſu Regij cõſilij, opus cui titulus eſt compendium declarationum, tum ſummorum Pontificum, tum aliorum præſtantiſsimorum doctorum, ſuper euã gelicam regulam Seraphici patris noſtri Franciſci æditum à Reuerendo patre Franciſco Ortiz Lucio prædicatore, nihil eſt quod nõ ſit lectione dignum eſtq; profitentibus noſtram regulam ſeraphicam, valde vtile cum ob oculos breui proponãtur quę ad perfectam dictæ regulę Obſeruantiã deſiderantur, in quorum fidem, hoc teſtimonium, propria manu firmatũ dedi apud. B. P. noſtrum Franciſcum Madriti die. 8. Auguſti, anni. 1584.

Frater Ioſephus
Angles.

ILLVSTRI admodum. D. D. Petro Portocarrero, consiliario Regio, & generalis Inquisitionis. Frater Franciscus Ortiz Lucius, ordinis Minorum, perpetuam optat fœlicitatem.

ANimaduertẽs vir admodum Illustris tuam Illustrẽ & clarissimam prosapiam, tuumq́; nobilissimum & generosissimum animum, tuamq́; affectionẽ & beneuolentiã, erga fratres

Minores, quos ſemper ab infantia incredibili amore es proſecutus, quæ ab incunabilis continuò tecum creuit, quam opere, & experimẽto comprobauit noſtra ſeraphica religio hiſce proximis menſibus, quãdo tibi inuictiſsimus Rex noſter Philippus, & alijs eius cõſiliarijs, cauſam inter nos & recollectos ſeu excalceatos commiſit, decreui opuſculũ hoc tibi dicare, & tuo nomine in lucem ædere: in quo nos veros obſeruantiæ regularis fratres, quiuis facile videre poterit: licet recollecti ſeu excalceati maiori

cum

cum austeritate regulã seruent. Neq; enim dispensationes, seu potius declarationes summorum Pontificum, circa regulã nostram quibus nos vtimur, verã regulæ obseruãtiam è medio tollunt, quin potiùs latitudinẽ regularis perfectæ obseruãtiæ Seraphicæ regulæ, indicant. Vnde spero conscientias timoratas nostrorum religiosorum sedãdas, & ab scrupulis liberãdas esse: & ora maledicẽtium obturanda fore. His enim de causis statui cõpẽdiose, quæ necessaria sũt ad regulæ nostræ obseruantiam in hoc

opu-

opuſculo comprehendere: nam deinceps, fratres mei ignorantia (adiuuante dño) eorum quæ ſcire tenẽtur ad regulam quã profeſsi ſunt, non laborabũt, & detractores eiſdem cognitis, deſinẽt maledicere malefacta ne noſcãt ſua. Accipe igitur dñe mi, hoc munuſculum mei erga te amoris & obſequij, certiſsimum ſignum, & me vt ſoles ama, nam ego dum viuam Deum orabo, vt te incolumem & ſuperſtitem, & proſperè ſeruet. Vale ex conuentu ſancti Franciſci Madriti.

SE-

SEQVITVR Regula Seraphici patris nostri Francisci.

HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei: dilectis filijs fratri Francisco & alijs fratribus de ordine fratrum minorum: salutē & apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica pijs votis: & honestis petentium desiderijs: fauorem beneuolum impar- Prologus pontificalis.

impartiri. Ea propter dilecti in domino filij: vestris pijs precibus inclinati; ordinis vestri regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam: annotatam præsentibus: auctoritate vobis apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Quæ talis est.

IN

Jn nomine Domini: incipit regula & vita minorum fratrum.

Cap. I.

REGVLA & vita minorum fratrum hæc est: scilicet, Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare: viuendo in obedientia .a. sine proprio .b. & in castitate .c.

¶ Frater Franciscus promittit obedientiam & reuerentiam domino Papæ Honorio .d. ac successoribus eius Canonice intrantibus .e. & ecclesiæ Romanæ. Et alij fratres teneantur fratri Francisco, & eius successoribus obedire.

a. Si quis vult venire post me abneget semetipsũ Matt.17.
b. Si vis perfectus esse vade & vẽde omnia quæ habes, &c. Matt.19.
c. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorũ. Matt.19.

d. Pasce oues meas. Ioan.21.
e. Qui non intrat per ostium fur est, & latro. Ioan.10.

De

¶ De his qui volunt vitam istam accipere: & qualiter recipi debeant.

Cap. II.

SI Qui voluerint hanc vitam accipere: & venerint ad fratres nostros: mittãt eos ad suos ministros prouinciales .a: quibus solummodo & non alijs, recipiendi fratres licentia concedatur. Ministri vero diligenter examinent eos de fide catholica, & de ecclesiasticis sacramentis .b. Etsi hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vsque in finem firmiter obseruare .c. & vxores non habent, vel si habent, &iam monasterium intra

.a. Ite & ostendite vos sacerdotibus. Luc. 17.

.b. Tu credis in Filium Dei? Ioan. 9.

.c. Qui perseuerauerit vsque in finẽ hic saluus erit. Mat. 24.

d. Siqsvenit post me, & nō odit patrē suū, & matrē & vxorem, &c. Lu.14.

trauerunt vxores. d. vel licētiam eis dederint authoritate dioccsani episcopi voto continentiæ iam emisso, & illius sint ætatis vxores, quôd non posſit de eis oriri suſpicio, dicant illis verbum sancti euangelij, e. quôd vadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare.

e. Vade & vēde omnia quæ habes, &c. Matthæ.19.

Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. ¶ Et caueant fratres, & eorum ministri ne soliciti sint de rebus suis, temporalibus. f. vt liberè faciant de rebus suis, quicquid dominus inſperauit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeāt ministri mittendi eos ad aliquos Deum timen-

Equipollens pręcepto.

f. Nolite soliciti esse, &c. Mat.6.

B tes.

tes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio, & cingulum, & brachas, & caparonem vsque ad cingulum, nisi eisdem ministris, aliud secundum Deum aliquando videatur. Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper & regulam obseruare.

Præceptum inhibitorium.

¶ Et nullo modo licebit eis de ista religione exire, iuxta mandatum domini Papæ, quia secundum sanctum euangelium nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. f.

f. Nemo mittens manú, &c. Lu. 9.

Equipollens præcepto.

¶ Et illi qui iam promiserunt obe-

obedientiam, habeant vnam tunicam cum capu tio. g. & aliam ſine caputio, qui voluerint habere. ¶ Et qui neceſsitate coguntur, poſſint portare calciamenta. h. ¶ Et fratres omnes veſtimentis vilibus induantur. i. & poſſint ea repetiare de ſaccis & alijs pecijs, cum benedictione Dei. ¶ Quos moneo & exhortor, ne deſpiciant neque iudicent homines. K. quos viderint mollibus veſtimentis, & coloratis indutos, vti cibis, & potibus delicatis, ſed magis vnuſquiſque iudicet, & deſpiciat ſemetipſum.

g. Lu. 9. & Ma. 10.
h. Miſit eos calciatos ſādalijs. Mar. 6.
i. Qui mollibus induuntur, &c. Mat. 11.
K. Nolite iudicare & non iudicabimini. Mat. 7. & Luc. 6.

Equipolles prẹcepto.
Equipollens præcepto.
Admonitio.

DE DIVINO officio, & ieiunio, & quomodo fratres debeãt ire per mũdum.

Cap. 3.

CLerici faciãt diuinum officium secundum ordinẽ, sanctæ Romanæ ecclesiæ. a. excepto psalterio ex quo habere poterunt, breuiaria. Laici verò dicant viginti quatuor pater noster. b. pro matutino: pro laudis quinque: pro prima, tertia, sexta, nona, pro qualibet istarum septem: pro completorio septem, & orent pro defunctis. ¶ Et ieiunent

Equipollẽs præcepto.

a. Turbę clamabãt Osanna filio Dauid. Matt. 21.

b. Cum oratis, dicite pater noster, &c. Mat. 6.

c. afe-

c. Cũ ieiunasset. &c. Mat. 4.

c. a festo omnium sanctorum, vsque ad natiuitatẽ Dñi. Sanctam verò quadragesimam quæ incipit ad Epiphania vsque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti sint à domino, & qui nolunt non sint astricti, sed aliàm vsq; ad resurrectionem domini ieiunent.

Æquipollens præcepto.

Benedictio.

¶ Alijs autem temporibus, non teneantur nisi sexta feria ieiunare. Tempore verò manifestæ necessitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali. d. ¶ Consulo verò, moneo, & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, vt quando vadunt per mundum, non litigent, e. nec conten-

Equipollens precepto.

Admonitio.

d. Discipuli colligebãt spicas, & comedebãt. Mat. 12.

e. Non resistere malo. Mat. 5.

f. Qui voluerit tecū iudicio contendere, & tunicam tuam tollere &c. Mat. 5.

g. Iesus autē non respōdit. Mat. 27.

h. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Mat. 11.

dant verbis. f. nec alios iudicent, sed sint mites, pacifici & modesti. g. mansueti & humiles. h. honeste loquētes. i. omnibus sicut decet. ¶ Et non debeant æquitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. K. ¶ In quamcunque domū intrauerint, primum dicāt: Pax huic domui. l. Et secundum sanctum Euangelium, de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare. m.

i. Mirabantur omnes de respōsis eius. Luc. 2.

K. Iesus fatigatus ex itinere. Ioan. 4.

l. Luc. 10.

m. Mādučate quæ apponūtur vobis. Lu. 10.

Quod

¶ Quod fratres non recipiant pecuniam.

Cap. 4.

PRecipio firmiter fratribus vniuersis vt nullo modo denarios vel pecuniã recipiãt, per se vel per interpositã personam. a. ¶ Tamẽ pro necessitatib' infirmorũ, & alijs fratribus induẽdis, per amicos spirituales ministri tantum & custodes solicitam curam gerant. b. secundum loca & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire. Eo semper saluo, vt sicut dictum est, denarios vel pecuniã non recipiant. c.

Preceptum.

Equipollens præcepio.

a Nolite possidere aurũ nec argentum nec es in zonis. Mat. 10.

b Quos dedisti mihi, custodiui. Ioan. 17.

c Quando misi vos sine saculo & pera, &c Luc. 22.

¶De modo laborandi.

Cap. 5.

FRatres illi quibus dedit dominus gratiá laborãdi, laborent fideliter & deuote. a. ita quod excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritũ nõ extinguant. b. cui debẽt cætera temporalia deseruire. c. ¶ De mercede vero laboris, pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiãt, præter denarios vel pecuniã. Et hoc humiliter sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimę sectatores: Quod

a. Quid hic statis tota die ociosi. Mat. 20.

b. Inspiritũ oportet adorare. Ioã. 4. Op. 3. semper orare Lu. 18.

c. Quærite primum regnũ Dei, &c. Mat. 6.

QVOD FRATRES NIHIL SIBI APpropiẽt, & de eleemosyna petenda, & de infirmis fratribus.

ta. Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Matt. 8. .b. Qui se humiliat exaltabitur. Luc. 14. .c. Pauper sum ego. .d. Vitã æternã possidebitis qui reliqstis omnia. Matt. 19. Ego dispono vobis regnum. Luc. 22.

Cap. 6.

FRatres nihil sibi appropient, nec domũ, nec locum, nec aliquã rem. a. sed tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate & humilitate. b. domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia dominus pro nobis se fecit pauperẽ .c. in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis: quæ vos charissimos fratres meos, hæredes & reges regni cælorum instituit .d. pauperes rebus fe-

Præceptum inhibitorũ

B 5 cit,

cit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quę perducit in terram viuentium. Cui dilectiſsimi fratres totaliter inhęrentes, nihil aliud pro nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub cęlo habere velitis. e. ¶ Et vbicunquè ſunt & ſe inuenerint fratres, oſtendãt ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet vnus alteri neceſsitatẽ ſuã. f. Quia ſi mater nutrit & diligit filium ſuum carnalem, quãto diligentius debet quis diligere fratrem ſuum ſpiritualem? ¶ Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei ſeruire, ſicut vellent ſibi ſeruiri.

e Nolite poſsidere, &c. Mat. 10.

Admonitio.

f In hoc cognoſcent omnes ꝙ mei eſtis, ſi charitatem adinuicem habueritis. Ioan. 13.

¶ De

De pœnitentia fratribus peccantibus imponenda.

Cap. 7.

SI qui fratrum instigante inimico mortaliter peccauerint, pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos ministros prouinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere. a. quam citius poterint sine mora. ¶ Ipsi verò ministri si presbyteri sunt, cum misericordia. b. iniungant illis pœnitentiã. ¶ Si verò presbyteri nõ sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes.

a. Sicut lunatic⁹ quẽ non potuerunt curare discipuli, curatus est à domino. Luc. 9.

b. Discite quid est misericordiã volo. Matt. 9.

.c. ordi-

.c. ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. Et cauere debent ne irascantur. d. & cõturbentur propter peccatum alicuius, quia ira & cõturbatio in se & in alijs impediunt charitatem.

c. Quæcunque ligaueritis super terram. Mat. 18.
d. Irati iudæi voluerunt præcipitare dominum. Luc. 4.

¶ *De electione Generalis ministri huius fraternitatis, & de capitulo Penthecostes.*

Cap. 8.

VNiuersi fratres istius religionis teneantur semper habere

bere generalem ministrū. a. & seruum totius fraternitatis. b. & ei teneantur firmiter obedire. c. ¶ Quo decedente, electio successoris fiat à ministris prouincialibus & custodibus in capitulo Penthecostes, in quo prouinciales ministri teneantur insimul cōuenire, vbicunque à generali ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminū maiorem vel minorem, sicut à prædicto ministro fuerit ordinatum.

a. Magister vester vnus est Christus. Matt. 23.
b. Qui maior est inter vos, erit vester seruus. Matt. 20.
c. Non mea sed tua volūtas fiat. Matt. 26.

¶ Et si aliquo tempore appareret vniuersitati ministrorum prouincialium & custodum prædictum ministrum non esse sufficientem ad seruicium & communem vtilitatem fratrū, teneantur prędicti fratres quibus electio data est, in

no-

nomine domini, alium si-
bi eligere in custodem.

.d. Auferte ab eo talenta, & date altari. Mat. 25.

.d. Post capitulum vero Penthecostes, ministri & custodes posint singuli si voluerint & eis expedire videbitur, eodem anno in suis custodijs, semel fratres suos ad capitulum conuocare .e.

e. Reuersi sunt septuaginta cũ gaudio. Luc. 10.

¶ *De Prædicatoribus.*

Cap. 9.

.a. In quãcũq; ciuitate intraueritis & non receperint vos &c. Luc. 10.

FRATRES non prædicent in episcopatu alicuius episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum .a. ¶ Et nullus fratrũ populo penitus audeat prædicare, nisi à generali ministro huius fraternitatis fuerit examinatus &

Equipollens præcepto.

b. Factũ est verbum domini super Ioã. Luc.3. & approbatus. b. & ab eo officium prædicationis sibi concessum.c. ¶ Moneo quoque & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia. d. ad vtilitatem & ædificationem populi. e. annunciando eis vitia & virtutes. f. pœnam & gloriam. g. cum breuitate sermonis, quia verbũ abbreuiatũ fecit dominus super terram.

Admonitio.

c. Si cec' ceco ducatũ pręstet, ambo in foueam cadunt. Matt.15.

d. De bono thesauro cordis profert. Matt.14.

e. Misit eos curare infirmos. Mat. 10.

f. Super cathedrã Moysi sederunt scribe, &c. Matt.23.

g. Ibunt mali ad ignẽ æternum iusti autem ad vitã ęternam. Matt.25.

¶ De admonitione & correctione fratrum.

Cap. 10.

Fra-

FRATRES qui sunt ministri & serui aliorum fratrum .a. visitent & moneant fratres suos, & humiliter & charitatiuè corrigant eos. b. non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam & regulam nostram. c. Fratres vero qui sunt subditi, recordentur quòd propter Deum abnegauerunt proprias voluntates.

.a. Qui maior est inter vos, sit vester seruus. Matt. 20.

.b. Corripe eũ inter te & ipsum. Matt. 18.

.c. Imponũt onera importabilia, &c. Matt. 23.

¶ Vnde firmiter pręcipio eis, vt obediant suis ministris, d. in omnibus quæ promiserunt domino obseruare, & non sunt contraria animæ & regulæ nostræ. e. ¶ Et vbicunq; sunt fratres qui scirent & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos ministros debeant & posSint recurrere.

Præceptum.

.d. Qui fecerit voluntatẽ Patris mei, &c. Matt. 12.

Equipollens pręcepto.

.e. Redde domino vota tua.

re. Ministri vero charitatiue & benigne eos recipiant; & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, vt dicere possint eis & facere sicut domini seruis suis. Nam ita debet esse, quòd ministri sint serui omnium fratrum. f.

¶ Moneo vero & exhortor in domino Iesu Christo, vt caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura & sollicitudine huius sæculi. g. detractione & murmuratione. Et non curent nescientes litteras, litteras discere. h. sed attendant quòd super omnia desiderare debent habere spiritum domini. i. & sanctam eius operationem. K. orare semper ad Deum puro

C corde

f. Qui maior est inter vos, erit vester seruus. Mat. 10.

g. Nolite soliciti esse, &c. Mat. 6.

h. Exemplo apostolorū qui erāt idiotæ. Luc. vlti.

i. Vnctio docebit vos omnia. 1. Ioanis. 2.

K. Operamini, nō cibū qui perit sed qui permanet in vitam æternam. Ioan. 6.

Admonitio.

l. Oportet semper orare. Lu. 18
m. In patientia vestra, possidebitis animas vestras. Luc. 21.

corde. l. & habere humilitatem & patientiam. m. in persecutione & in infirmitate, & diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit dominus. Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit.

¶ *Quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum.*

Cap. 11.

Præ-

PRecipio firmiter fratrib vniuersis, ne habeāt suspecta consortia vel consilia mulierum. a. ¶ Et ne ingrediātur monasteria monacharum, preter illos quibus à sede apostolica concessa est licentia specialis. ¶ Nec fiant compatres virorum vel mulierum, ne hac occasione inter fratres vel à fratribus scandalum oriatur. b.

Præceptum.

Præceptum.

Præceptum.

a. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eam. Mat. 5.

b. Ve homini illi per quē scandalū venit. Matt. 18.

¶ *De euntibus inter sarracenos et alios infideles.*

Cap. 12.

Licentia

QVicunque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter sarracenos & alios infideles. a. petant inde licentiam à suis ministris prouincialibus. Ministri vero nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis quos viderint esse idoneos ad mittendum.

a. Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos. Mat. 10.

Præceptum.

¶ Ad hæc per obedientiā iniungo ministris: vt petāt à domino Papa vnum de sanctæ Romanę Ecclesiæ cardinalibus, qui sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis, vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ ecclesiæ, stabiles in fide catholica. b. paupertatem, & humilitatem, & sanctum

b. Fides tua te saluum fecit. Mat. 9.

ſanctum euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti quod firmiter promiſimus, obſeruemus. c.

e. Reddes domino vota tua. Mat. 5.

¶ Nulli ego omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis noſtræ infringere, vel ei auſu temerario contrariè. ¶ Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani. 3. Kalendas Decembris, pontificatus noſtri anno octauo.

Inci-

¶ INCIPIT DEclaratio regulæ fratrum minorum, ædita à domino Nicolao Papa 3. de verborum significatione.

NICOLAVS episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Exijtque seminat seminare semen suum. De sinu patris in mũdum, veste. s. humanitatis indutus Dei filius Iesus Christus verbum euangelicum saturus in singulos, probos & reprobos, insipientes & ignaros, studiosos & desides, & iuxta prophetam colonus futurus in terra, semen suum, doctrinã euãgelicã sine delectu dispersit in omnes qui omnia tracturus ad se, omnes salua

ſaluare venerat, qui tandem ſeipſum Deo patri pro ſalute omnium in redemptionis humanę precium immolauit. Licet tamen hoc ſemẽ in ſingulos communicatiua Dei charitate diſperſum, aliud ceciderit ſecus viam, ſuper corda. ſ. demonum ſuggeſtionibus peruia, aliud ſupra petram, corda. ſ. nullo fidei vomere penetrata, aliud inter ſpinas, corda. ſ. diuitiarum ſolicitudinibus lacerata, & ideo vnum prauis affectibus conculcatum, aliud aridum, quia gratiæ carebat humore, reliquum legitur in ordinatis ſolicitudinibus ſuffocatum, aliud tamen mite cor & docile, terra bona ſuſcepit. Hæc eſt minorũ fratrum mitis & docilis in paupertate & humilitate per almum Christi confeſſorem Franciſcum radicata religio, qui ex illo vero ſemine germinans germen illud, per regulam ſparſit in filios quos ſibi & Deo per ſuum miniſterium in obſeruantia euangelij generauit. Iſti

Nota in extrauagante quorundam. § ad huc.

ſunt filij, qui docente Iacobo, verbum æternum Dei filium inſitum humanæ naturæ in horto virginalis vteri, potens ſaluare animas in manſuetudine ſuſceperũt. Hi ſunt illius ſãctæ regulę profeſſores, quę euangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis eccleſiæ, apoſtolorum eius ſermonibus, actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum & patrem munda & immaculata religio, quæ deſcendens à patre luminum, per eius filium exemplariter & verbaliter apoſtolis tradita, & demùm per ſpiritum ſanctum beato Franciſco & eum ſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi cõtinet teſtimonium Trinitatis. Hęc eſt (cui atteſtante Paulo) nemo de cætero debet eſſe moleſtus, quam Chriſtus paſsionis ſuæ ſtigmatibus confirmauit, volens inſtitutorem ipſius, paſsionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. ¶ Sed nec ſic cõtra ipſos fratres minores & regulã

hoſtis

hoſtis antiqui ceſſauit aſtutia quin potius circa eos nitens ſuper ſeminare zizaniam, interdum emulatores agitatos inuidia, iracundia, & indiſcreta iuſtitia concitauit, mordentes fratres, & eorum regulam quam quaſi illicitam, inobſeruabilem, & diſcriminoſam, caninis latratibus lacerantes, non attendentes hanc ſanctam regulam (vt prædicitur) præceptis ac monitis ſalutaribus inſtitutam, apoſtolicis obſeruationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices approbatam, & per ſedē Appoſtolicam cōfirmatam, tot diuinis teſtimonijs communitatā, quæ credibilia facta ſunt nimis in tot ſanctis viris in obſeruantia huius regulæ degētibus & finientibus dies ſuos, quorum nonnullos ſanctorum catalogo ſedes eadem, ex eorum vita & miraculis, fecit aſcribi, ac nouiſſime quaſi diebus iſtis, per piæ memoriæ Gregorium Papam nonum prædeceſſorem noſtrum

Honorium. 3. Innoc. 3. Gregorium. 9.

approbatam eſſe, ex euidenti vtilitate quam de ipſa cõſequitur vniuerſalis eccleſia, in generali Lugdunenſi concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, imò profundius cogitamus, ſicut penſare debent ſubtilius cæteri catholicæ fidei profeſſores, quòd ipſe Deus ordinem prædictum & eius obſeruatores inſpiciens, ſic eos ab inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari preſidio præſeruauit, quòd nec ipſos fluctus tempeſtuoſos alliſit, nec animos in ordine degentium conſternauit, quin potius in rigore regulari concreſcant, & amplientur in ſuorum obſeruãtia mãdatorum. Veruntamẽ vt ordo prędictus (quibuſlibet præciſis anfractibus) diſtincta, & pura vigeat claritate, ſicut fratres eiuſdem ordinis nuper in generali capitulo congregati prouiderant, dilectis filijs generali, & nonnullis alijs prouincialibus eiuſdem ordinis miniſtris, qui in capitulo ipſo conuenerant

rant in nostra præsentia constitu-
tis, cum ad plenam obseruationem
eiusdem regulæ in vigore spiritus
eorū feruere noscatur intētio, vi-
sum est nobis mordacib⁹ huiusmo
di vias mordēdi precludere ali-
qua quę in ipsa regula videri pote
rāt dubia declarare, nonnulla per
prędecessores nostros etiā declara
ta, pleniore claritate differere, in
aliquibus etiā regulā ipsam cōtin
gentibus, puritati eorundem cons
cientiæ prouidere. Nos autem qui
à teneris annis ad ordinem ipsum
affectus nostros ereximus, in illis
succedendo, cum aliquibus eius-
dem confessoris socijs, quibus
eius vita & conseruatio nota erant
super ipsa regula, & sancta ipsius
beati Francisci intentione fre-
quenti collatione tractauimus,
& tandem Cardinalis, ac post-
modum eiusdem ordinis per di-
ctam sedem gubernator, prote-
ctor, & corrector effecti, condi-
tiones prędicti ordinis ex immi-
nenti

Idem dicit. Ioānis. 22. in extrauagā. quorundā ver. nunc verò.

nenti nobis cura palpauimus, in apoſtolatus officio tam de pia intẽtione confeſſoris prædicti, quam de ijs quæ regulam ipſam, & eius obſeruantiam contingunt, ex prædictis longa experientia informati, noſtros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea quæ per eoſdem prædeceſſores noſtros approbata, & declarata eſſe noſcuntur, quam & ipſam regulam & eam contingentia, maturitate plena diſcuſsimus, nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, approbata firmauimus, ædidimus & conceſsimus plura, & ordinando ſeriosius & clarius, quæ infra ſcriptis articulis plenius exprimuntur,

Articulus primus de obſeruãtia euangelici cõſilij, & præcepti.

¶ In primis (quia ſicut intelleximus) ab aliquibus heſitatur, an fratres eiuſdem ordinis, tam ad conſilia quam ad pręcepta euangelica teneantur, tum quia in regulę prædictæ principio habetur, Regula & vita minorũ fratrũ hęc eſt, ſcilicet dñi noſtri Ieſu xp̃i ſanctũ euã-

gelium

gelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio & in castitate tum ex eo quod in eadem regula continetur sic. Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam promittentes vitam istã semper & regulam obseruare, tum etiam quia in fine ipsius regulæ cõtinentur hęc verba. Paupertatem & humilitatem, & sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi quod firmiter promisimus, obseruemus.

Licet felicis recordationis Gregorius Papa. ix. prędecessor noster hunc articulũ, & nonnullos alios eiusdem regulæ declarauerit, quia tamẽ eius declaratio propter aliquorũ insurgentiũ in fratres & regulã mordaces insultus, & multorũ postea emergentiũ casuũ cõsiderãtes euẽtus, in aliquibus obscura, in aliquib⁹ semiplena, & in multis etiã cõtẽtis in ipsa regula insufficiẽs videbatur. Nos obscuritatẽ, ac insufficientiã hmõi perfectæ interpreta-

pretationis declaratione amouere volentes, & cuiuslibet ambigui tatis scrupulum in eisdem de singu lorũ mentibus plenioris expositio nis certitudine amputare.

Dicimus, ꝙ cũ in principio regulę, nõ absolute, sed cũ quadã modifica tione, vel determinatione, seu spe- cificatione ponatur, regula & vita minorum fratrum hæc est, scilicet domini nostri Iesu Christi sanctũ Euangeliũ obseruare, viuendo in obediẽtia, sine proprio, & in casti- tate, quę tria eadẽ regula multũ ar cte prosequitur, & nihilominus alia nonnulla subnectit, præcipien do, prohibendo, consulẽdo, monẽ- do, hortando, & sub alijs verbis ad aliquem modorum reducibili- bus prædictorum, de intentione regulæ liquere valeat apertius, vt illud quod in professione quasi absolute subnecti videtur, promit tentes vitam istam semper & regu lã obseruare, & quod in fine sub- iungitur, & sanctum Euangelium

domini

domini noſtri Ieſu Chriſti quod firmiter promiſimus, obſeruemus, totum ad ipſius regulę modificatum, ſeu determinatum, ſeu ſpecificatum principium reducatur, videlicet ad obſeruantiam Euangelij (vt prędicitur) per ipſam regulam in ipſis tribus modificatam, cũ non ſit veriſimile ipſum ſanctum, verbum ab ipſo ſemel cum quadã modificatione vel determinatione ſeu ſpecificatione prolatum, licet quaſi ſuccinctorie repetitum, voluiſſe in ſui repetitione data ſibi per eum modificatione vel determinatione ſeu ſpecificatione ſine certa cauſa carere: Et vtriuſque iuris argumenta nos doceant, ea quæ in principio, ad medium, & ad finem, illa verò quæ in medio, ad finem atq; principium, & quæ in fine, ad vtrumq;, vel eorum alterum ſepe referri. Et dato quòd abſolute diceretur omnino, promitto ſanctum Euangelium obſeruare, niſi profeſſor huiuſmodi intenderit

tenderet se ad omnium consilio-rum obseruãtiam obligare, quod vix aut nunquam posset ad litteram obseruare, propter quod talis promissio illaqueare profitentis animum videretur, clare videtur promissionem huiusmodi ad aliũ intellectum absque intẽtione promittentis non debere prestringi, nisi vt obseruantia euangelij sit sicut tradita reperitur à Christo, videlicet quòd præcepta vt præcepta, & consilia vt consilia à promittentibus obseruentur. Quem intellectum etiam in eisdem verbis habuisse idem beatus Franciscus in serie sui processus, in regula patenter ostendit, cum aliqua euangelica consilia indicat vt consilia sub verbis monitionis, exhortationis, & consilij, nonnulla vero sub prohibitione, ac verbo præcepti. Propter quod patet, quod non fuit loquentis intentio, quòd fratres ex professione huius regulæ ad omnia consilia sicut ad præcepta euãgeli-

Ecce ex verbis colligitur intẽtio.

gelica tenerentur, sed solum ad illa, quæ in eadem regula præceptoriè, vel inhibitoriè, seu sub verbis æquipollentibus sunt expressa.

¶ Vnde nos ad fratrum eiusdē ordinis conscientias plenariè serenādas declaramus, quòd ex professione eiusdem regulæ fratres ad ea tantum euangelica obseruanda consilia astricti sunt, quæ in ipsa regula præceptoriè, vel inhibitoriè, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla verô alia per euangelium data consilia, eo magis secundū exigentiam sui status tenentur plusquam cæteri Christiani, quo per statum perfectionis, quem per professionem huiusmodi assumpserunt, se obtulerunt holocaustum domino medulatum per cōtemptum omnium mundanorum. Ad omnia autem quæ in ipsa regula continētur, tam præcepta, quam consilia, quam cętera, ex voto professionis huiusmodi non aliter tenentur, quam

Declarat ad quæ consilia euangelica teneātur fratres ex professione suæ regulæ.

Verba obligatoria sunt, teneantur habeant & alia declarata in Clementina, exiui. §. vt autem. & §. preterea. §.

eo modo quo in regula ipsa tradũtur, vt scilicet teneantur ad eorum obseruantiam, quæ in eadem regula ipsis sub verbis obligatorijs indicuntur. Cæterorum verò obseruantiam, quæ sub verbis monitorijs, exhortatorijs, informatorijs, seu quibuscunque alijs continentur, eatenus magis condecet de bono & æquo eos prosequi, quo imitatores tanti patris effecti, Christi semitas arctius elegerunt. ¶ Porrò

Artic. 2. De obseruãtia paupertatis, & abdicatione proprietatis.

cûm regula ipsa expressè contineat, quòd fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, neque aliquã rem, sitq; declaratum per eundem prædecessorem Gregorium & nonnullos alios, hoc seruari debere tam in speciali quã etiam in communi, quã sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata deprauauit astutia, ne fratrum eorundem perfectionis claritas talium imperitis sermonibus laceretur, dicimus, quòd abdicatio proprieta-

tis

tis huiusmodi omnium rerum tam in particulari quàm etiam in communi propter Deum, meritoria est & sancta, quam & Christus viam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmauit, quamque in volentes perfectè viuere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alucos deriuarunt. Neque his quisquam putet obsistere, quòd interdum dicitur Christum loculos habuisse: nam sic ipse Christus cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum imperfectionibus condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret. Sic infirmorū personam Christus suscepit in loculis, sic & in nōnullis alijs infirma humanæ carnis assumens, prout euangelica testatur historia, non tantùm carne, sed mente condescendit infirmis. Sic enim humanā naturam assumpsit, quòd in suis operibus

Extrauagāt. quia quorundam.

perfectus existens, in nostris factus humilis, in proprijs remansit excelsus. Sic & in summæ charitatis dignatione ad actus quosdã nostræ imperfectioni conformes inducitur, quòd à summæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Christus, & docuit perfectionis opera, egit etiam & infirma, sicut interdum in fuga patet, & loculis, sed vtrumque perfectè, perfectus existens, vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostẽderet, qui vtrosque saluare venerat, qui tandẽ mori voluit pro vtrisq;.

Quia abdicatio proprietatis in Fratrum Minorũ regula indita, est licita & meritoria.

¶ Nec quicquam ex his insurgat erroneè, ꝙ taliter propter Deum proprietatẽ omnium abdicantes, tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei, viuendi discrimini se cõmittant. Sic enim seipsos committant diuinæ prouidentiæ in viuendo, vt viam non contemnant prouisionis humanæ, quin vel de ijs qui offeruntur liberaliter, vel de ijs quæ medicantur humiliter,

vel de ijs quæ conquiruntur per laboritium ſuſtententur, qui triplex viuēdi modus, in regula prouidetur expreſsè. Profectò ſi iuxta promiſſum Saluatoris nunquā deficiet fides eccleſiæ, per conſequēs nec opera miſericordiæ ſubtrahentur, ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuſlibet videtur eſſe ſublata. Et quidem vbi (quod non eſt aliquatenus præſumendū) hæc cuncta deficerent, ſicut nec cæteris, ſic nec ipſis fratribus iure poli in extremæ neceſsitatis articulo ad prouidendum ſuſtentationi naturæ, via omnibus extrema neceſsitate detentis conceſſa præcluditur, cùm ab omni lege extrema neceſsitas ſit exēpta. Nec talem autem abdicationem proprietatis, omnimodæ renunciationem vſus rerum cuiquam videatur inducere: nam cùm in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuum proprietatem, poſſeſſionem, vſumfructum, ius vtendi,

Qualiter laici tenētur eleemoſynas facere, vide Almain doctorē Pariſiēſem, q. ſpeciali. & glo. c. 1. d. 1. c. domino ſancto. 1. diſt. c. exigunt. 1. q. 7. Abb. c. 1. de emptione & ven. & de conſecratione. d. 1. ſicut & infra ea. diſtin. 4. c. ſanctū.

& ſimplicem facti vſum, & vltimò tanquàm neceſſario egeat, licèt primis carere poſsit vita mortaliũ, nulla prorſus poteſt eſſe profeſsio, quæ à ſe vſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat. Verùm condecens fuit ei profeſsioni, quæ ſpontè deuouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſarum neceſſario vſu fore contentã. Nec propter hoc quòd proprietatem vſus, & rei cuiuſcunque dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici vſui omnis rei renunciatum eſſe conuincitur, qui inquam vſus non iuris, ſed facti tantummodo nomen habens, quod facti eſt tantummodò, in vtendo prebet vtentibus, nihil iuris, quinimo neceſſarium rerum tam ad vitæ ſuſtentationem, quam ad officiorum ſui ſtatus executionem, excepto quod de pecunia infra ſubiungitur, moderatus vſus, ſecundũ eorũ regulã, & veritatẽ omnimodã conceſſus

Nota ꝙ nõ dominium, ſed vſus moderatus nobis eſt cõceſſus. F.3. pa. 2.

ceſſus eſt fratribus, quibus rebus fratres licitè vti poſſunt durãte con cedẽtis licẽtia, & iuxta quod in prę ſenti ſerie continetur. Nec his obuiare dignoſcitur, q̄ ciuilis prouidentia in humanis rebus humanè cõſtituit, videlicet non poſſe vſum vel vſumfructũ à dominio perpetuo ſeparari: quod ne dñium dñis (ſemper abſcedẽte vſu) redderetur inutile, tẽporalẽ vtilitatẽ tantũ in cõſtituẽdo proſpiciẽs, iſta decreuit. Retẽtio nãq; dominij taliũ rerũ cũ conceſsione vſus facta pauperibus, nõ eſt infructuoſa dño, cùm ſit meritoria ad æterna, & profeſsioni pauperũ opportuna, quæ tãto ſibi cenſetur vtilior, quanto cõmutat tẽporalia perpetuis. Profectò non fuit cõfeſſoris Chriſti regulã inſtituentis intentio, quinimo contrarium in ea conſcripſit, contrarium viuendo ſeruauit, cùm & ipſe temporalibus (ad neceſsitatem) vſus fuerit, & in pluribus locis in regula vſum talẽ licere fratribus

Vide. l. omniũ. ff. de vſu fru. l. antiquas. C. eo. fõ.

manifestet. Dicit namque in regula quod clerici faciãt diuinũ officium ex quo habere poterunt breuiaria, ex hoc patẽter insinuãs, quòd fratres sui, habituri essent vsum breuiarij, & librorum qui sunt ad di-
Cap. 4. uinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, quod ministri & custodes pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales solicitam curam gerant, secundũ loca & tempora & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expe-
Cap. 5. dire. Alibi etiam exhortans fratres per congruum laboris exercitium ad ocium euitandum, dicit quòd de mercede laboris, pro se & suis fratribus, corporis necessaria reci-
Cap. 6. piant. In alio quoque capitulo cõtinetur, quòd fratres vadant pro eleemosynis confidenter. Habetur etiam in eadẽ regula, quòd in præ-
Cap. 9. dicatione quã fratres faciunt, sint examinata & casta eorũ eloquia, ad vtilitatẽ & ædificationem popu

li,

li annunciando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam, cum breuitate ſermonis. Sed conſtans eſt, ꝙ hæc ſupponunt ſcientiam, ſcientia requirit ſtudium, exercitium verò ſtudij conuenienter haberi non poteſt ſine vſu librorum. Ex quibus omnibus ſatis claret ex regula, ad victum, veſtitũ, diuinum cultum, & ſapientiale ſtudium, neceſſarium rerum vſum eſſe conceſſum fratribus. Patet itaque ſanè intelligentibus ex prædictis, regulam, quo ad abdicationem huiuſmodi non ſolùm obſeruabilem, poſsibilem, & licitam, ſed meritoriam & perfectam, & eo magis meritoriam, quo per ipſam profeſſores ipſius magis à tẽporalibus propter Deũ (ſicut prædicitur) elõgat. ¶ Ad hæc cùm fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſsint etiam in communi, & cũ aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecus non exprimat)

Attende cui competat dominium rerũ fratribus cõceſſarũ.

offerentis, cōcedentis, vel donātis, verisimile fuisse credatur intentio, vt rē huiusmodi oblatā, cōcessam, vel donatā perfectè cōcedat, donec auferat, à se abdicet, ac in alios trāsferre cupiat propter Deum, nec sit persona, in qua loco Dei cōgruentius huius rei dñiū trāsferatur, quā se les præfata, vel persona Romani Pōtificis Christi vicarij, qui pater est omniū, & Fratrū Minorū nihilominus specialis, ne taliū rerum sub incerto videatur esse dñium, cū patri filius suo modo, seruus dño, & monachus monasterio, res sibi oblatas concessas, vel donatas acquirant, omnium vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium præsentium & futurorum, qui & quorum vsum facti, scilicet ordini vel fratribus ipsis licet habere, proprietatem & dominium, quòd etiam fœlicis recordationis. Innocentius Papa IIII. Prædecessor noster fecisse dignoscitur, in nos & Romanā ecclesiā, apostolica autho-

tho-

thoritate recipimus, & ad nos & ipsam ecclesiã plenè & liberè pertinere, hac præsenti cõstitutione in perpetua valitura sancimus. ¶ Pręter ea loca empta de eleemosynis diuersis, & oblata seu cõcessa fratribus sub quacunq; forma verborũ (licet fratres sibi cauere debeant ꝙ in huiusmodi, verbis statui suo incompetentibus non vtãtur) à diuisis seu pro indiuiso possidentibus, seu certas partes in ipsis locis habẽtibus, in quibus ipsi possidẽtes pro indiuiso, seu certas partes habentes nihil sibi in oblatione seu concessione huiusmodi reseruauerint, similiter in ius & dominiũ, ac proprietatem nostram, & ecclesiæ prædictæ, eadem auctoritate suscipimus. Loca verò, seu domos pro habitatione fratrum à singulari, vel collegio ipsis fratribus ex integro concedenda, seu etiam offerenda (si talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit) perseuerante tantùm volun- Nota.

tate

tate concedentis inhabitent, ac illa liberè (præter ecclesiam & oratoria ad ecclesiam destinata, & cęmiterium, quæ tam præsentia quã futura in ius & proprietatem nostram, & prædictę Romanæ Ecclesię simili modo & authoritate recipimus) mutata concedentis voluntate, ac ipsis fratribus patefacta, dimittant: in quorum locorum dominio seu proprietate, nihil nobis vel præfatæ Romanæ Ecclesiæ retinemus omnino, nisi ea specialiter de nostro, seu ipsius Romanæ Ecclesiæ recipiãtur assensu. Et si in eisdem locis reseruauerit sibi dominium in cõcedendo cõcedens propter inhabitationē fratrũ, tale dominium in ius ecclesiæ sæpè dictæ non transeat, sed potiùs plenè liberum remaneat concedenti. Insuper
§. nec vtensilia, nec alia, quorũ vsum ad necessitatem & officiorum sui
Nota. status executionem (non enim omnium rerum vsum habere debent, vt dictum est) ad vllã super-
Fol. 27. pa. 2.

fluita-

fluitatem, diuitias, seu copiam quæ deroget paupertati, vel thesaurizationem, vel eo animo, vt ea distrahant, seu vendant, recipiant, vel sub colore prouidentiæ in futurū, nec alia occasione, quinimo in omnibus appareat in eis quo ad dominiū omnimoda abdicatio, & in vsu necessitas. Hæc autem secundum exigentiam personarum, & locorum, ministri & custodes simul & separatim in suis administrationibus & custodijs, cum discretione disponant, cùm de talibus interdum personarū qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunstantię plus minusue, ac aliter prouideri requirant. Ista tamen sic faciant, quòd semper in eis & eorum actibus, paupertas sancta reluceat, prout eis ex eorum regula inuenitur indicta. ¶ Cæterùm cum eadem regula sit sub præcepti districtione prohibitum, ne fratres recipiant per se, vel per alios denarios, vel

Artic. 3. De modo se habendi circa eleemosynas pecuniarias.

pecu-

pecuniam vllo modo: idq; fratres in perpetuum seruare cupiant, & velut iniunctum necesse habeant adimplere: ne ipsorum puritas in huius obseruatione præcepti maculetur in aliquo: vel fratrum conscientiæ aliquibus aculeis stimulentur: articulum istum: propter detrahentium morsus profundius, quam nostri prædecessores fecerunt assumentes: ac ipsum clarioribus determinationibus prosequentes: dicimus in primis: quòd fratres ipsi à mutuis contrahendis abstineant, cum eis mutuum contrahere (ipsorũ statu considerato) non liceat. Possint tamẽ ipsi pro satisfactione, pro eorũ necessitatibus faciẽda, quæ pro tempore occurrerint (cessantibus eleemosynis, de quibus satisfieri commodè tũc non posset) citra cuiuslibet obligationis vinculũ dicere, quod per eleemosynas & alios amicos fratrum, ad solutionẽ huiusmodi faciẽdã intẽdunt fideliter laborare. Quo casu

Nota pro commodatis.

su procuretur à fratribus, quòd ille qui dabit eleemosynam, per se, vel per alium non nominandum ab ipsis, si fieri poterit, sed ab eo potiùs iuxta suum beneplacitum assumendum, huius satisfactionem faciat in totũ vel in partem, prout dominus sibi inspirauerit. Si tamẽ hoc ipse nollet facere, vel non posset, vel quòd recessus eius immineat, aut quia quibus hoc velit cõmittere notitiam, nõ habet fideliũ personarum, seu quacũque alia occasione vel causa, declaramus & dicimus, quòd in nullo regulæ puritas infringitur, aut quomodolibet ipsius obseruantia maculatur, si fratres ipsi alicuius vel aliquorũ sibi curent dare notitiam, vel aliquẽ seu aliquos nominare, aut etiã pręsentare, cui vel quibus si eleemosynam facienti placuerit: committi posit executio prædictorum: ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus infra

scri-

ſcriptis. Ita tamen quòd penes ipſum dantem, dominio, proprietate ac poſſeſsione ipſius pecuniæ cum libera poteſtate reuocādi ſibi pecuniam ipſam ſemper, vſque ad conuerſionē ipſius in rem deputatam, plenè, liberè, ac integrè remanentibus, in ipſa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant, nec ad miniſtrationem ſeu diſpenſationem, nec contra perſonam nominatam ab eis, vel non nominatam, cuiuſcunq; cōditionis exiſteret in iudicio vel extra, actionē, proſecutionē, aut aliquod aliud ius intentent, qualitercunque perſona prædicta in cōmiſsione huius ſe haberet.

¶ Liceat tamen fratribus ſuas neceſsitates inſinuare, ac ſpecificare vel exponere perſonæ prædictæ, ac eam rogare quòd ſoluat. Poſſint etiam perſonam eandem exhortari, ac inducere, quòd fideliter in re commiſſa ſe habeat, & animæ ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione prouideat, ita tamē quòd

ab

ab omni eiusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione, & cõtra personam prædictam, actione & prosecutione (vt prædictum est) fratres abstineant omnimodò. ¶ Si verò personam huiusmodi nominatam, vel non nominatam à fratribus (quominus per se possit exequi, quod prædicitur) contigerit per absentiam, infirmitatem, voluntatem, seu locorum distantiam, ad quæ ipse nolit accedere, in quibus esset solutio seu satisfactio facienda, vel occasione alia præpediri, liceat fratribus cũ conscientiæ puritate, quantũ ad vnam aliam personam subrogandam ad præmissa, in nominando & alijs, si ad primum dantem non posint, vel nolint habere recursum, cum ista persona facere, sicut cũ prima, vt supra proximè, declaramus eis licere. Duarum enim personarum ministerium per viam subrogationis, vt dictum est, communius & generalius videtur posse in præ-

dictorum executione sufficere, cũ prædicta satisfactio præsumatur posse celeriter expediri. Si tamẽ interdum propter locorum distantiam, in quibus esset satisfactio facienda, & conditiones seu circunstantias alias casus emergeret, in quo videretur plurium personarum subrogandarum ministerium opportunum, liceat ipsis fratribus in hoc casu, iuxta negotij qualitatem (seruato modo prædicto) plures personas assumere, nominare, seu præsentare ad istud ministerium exequẽdum. ¶ Et quia oportet & expedit fratrum necessitatibus non solum pro quibus iam esset solutio seu satisfactio facienda, vt suprà proximè dictum est, sed ex imminentibus, siue tales necessitates ingruentes immineant quæ breui tempore expediri valeant siue tales, licet paucæ comparatiuè, quarum prouisio necessario tractum temporis habet, vt in libris scribendis, eccle-

§. ¶ Nota modum pro necessitatibus futuris.

sijs

ſijs ſeu edificijs ad vſum habitationis eorum conſtruendis libris & pannis in locis remotis emendis, & alijs ſimilibus, ſi qua occurrerint, cum moderamine ſupradicto ſalubriter prouideri, ſicut in iſtis neceſsitatibus clarè diſtinguimus, ſic in eis fratres poſſe tutè & ſana conſcientia procedere declaramus, videlicet, vt ingruente vel imminente neceſsitate, quæ breui tempore, vel quæ interdum ex aliquibus circunſtantijs non ſic breui (vt ſupra in proximo caſu dictum eſt) valeat expediri, tam quo ad dantem eleemoſynam, quam quo ad nominatum vel ſubſtitutum, in omnibus & per omnia, ſicut in articulo ſolutionis pro neceſsitatibus præteritis faciendæ ſupra proximè declarauimus procedatur. In ea verò neceſsitate quantumcunque præſentialiter ingruenti, quæ tamen ex qualitate ſui, vt prædicitur, tractum temporis

habet annexum, quia in eo casu verisimile est, quòd tunc ratione distantiæ locorum, quam expeditio necessitatis ipsius ex sui conditione requireret: tum etiam circunstantiarum ipsius necessitatis ratione pensata, frequenter casus acciderēt, in quibus ad expeditionem necessitatis huius oporteret, quòd per diuersas manos & personas transiret pecunia necessitati huiusmodi deputata, quarum omnium personarum impossibile quasi esset dominum principalem pro ipsa necessitate pecuniam deputantem, seu etiam substitutū ab eo, & tertium etiam ab ipso substituto (si casus talis accideret) postea subrogatum habere notitiam, declaramus & dicimus, quòd in hoc articulo, præter dictos duos modos in necessitatibus præteritis, & ingruentibus, quæ possint breui tempore, vel interdum non breui (vt suprà exprimitur) expediri (vt prædiximus) obseruandos, ad con-

ser-

seruandam ipsius regulæ, ac professorum eius omnimodam puritatem, q̃ si præsto sit eleemosynæ huius elargitor, vel eius nũcius qui posset hoc facere, expressè illi prædicatur à fratribus, quòd sibi placeat (vt dominio talis pecuniæ cũ libera potestate reuocandi sibi pecuniam ipsam penes ipsum semper vsque ad conuersionem ipsius in rem deputatã liberè remanente, vt in alijs duobus casibus superius dictum est) per quorumcunque manus pecunia seu eleemosyna ipsa tractetur, siue personas ab eodem vel à fratribus nominatas, totum suo consensu, voluntate, ac authoritate procedat. Quo assensum suum præbente prædictis, secure fratres de re empta vel acquisita de illa pecunia per quemcunque (iuxta modum annotatum superius) vti posſint. ¶ Ad maiorẽ autem omnium prædictorum claritatem. Hac in perpetuum valitura, prouisionis serie declaramus, q̃

Bar. in. l. ciuitas. ff. si cert. pet. doct. aũthen. hoc ius porrectũ C. de sacr.

fratres (præfatis modis, vt prædicitur, circa pecuniam in supportandis eorum præteritis & ingruentibus necessitatibus obseruatis) non intelliguntur, nec dici possunt, per se vel per interpositam personam pecuniam recipere contra regulam, vel professionis sui ordinis puritatem, cùm manifestè pateat ex prædictis, prædictos fratres, non solum à receptione, proprietate, dominio, siue vsu ipsius pecuniæ, verumetiam à contrectatione qualibet ipsius, & ab ea penitus alienos. ¶ In eo verò casu, quando antequàm ipsa pecunia in licitum rei habendæ vel vtendæ commertium sit conuerse, concedentem pecuniam mori contigerit, si concedens in concedendo dixerit vel expresserit, quòd persona deputata, pecuniam ipsam in necessarium vsum fratrum expenderet, quicquid de ipso concedente viuendo vel moriendo contingeret, siue concedens huiusmodi

Quid si moriatur eleemosynã faciens.

di

di hæredem reliquerit, siue non possint fratres ad personam deputatam (non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione) pro illa pecunia expendenda recurrere, sicut poterant ad ipsum dominum concedentem. Quia verò puritatem ipsius ordinis intima cordis affectione zelamur, cùm in prædictis casibus ad determinatam necessitatem (vt prædicitur) per aliquem pecuniam concedi contigerit, concedens pecuniam rogari possit à fratribus, quòd si quid de ipsa pecunia (habita necessitate determinata) supererit, consentiat ipse concedens, quòd residuum præfatæ pecuniæ in res alias pro alijs ipsorũ fratrum prædictis necessitatibus conuertatur: quo non consentiente prædictis, ipsum residuũ (si quod fuerit) restituatur eidem. Caueant tamẽ fratres, ꝙ solicite se coaptẽt, vt non plus scienter concedi cõsentiant, quã verisimiliter existimari

§. Atten. quod debeat fieri si supersit pecunia.

poſsit rem neceſſariam pro qua pecunia ipſa conceditur valituram. Et quia in prædictorum ſerioſa expoſitione, à dante vel recipiente de facili poſſet errari, vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis, ſimplicitati aliquorum ſimpliciũ, ſaluti animarum : hincinde ſecurius conſulatur, intellectum illum, qui ſatis in hoc caſu à ſane intelligente percipitur, præſentis ac in æternum valituræ conſtitutionis ſerie lucidamus, volentes illud ad cõmunẽ deduci notitiã, videlicet, quod ſemper quando pecunia fratribus ipſis mittitur, vel offertur, nec expreſsè per mittentem vel offerẽtem aliud exprimatur, prædictis modis prorſus oblata intelligatur & miſſa. Non enim veriſimile eſt aliquem eleemoſynæ ſine expreſsione modum illum velle præfigere, per quem & donans merito, vel illi quorum neceſsitatibus intẽdit per donum huiuſmodi prouidere, vel effectu doni, vel ſuæ con-

Nota.

conscientiæ puritate fraudentur.

§. De legatis fratribus in vltimis volūtatibus factis.

¶ Ad hæc, quia fratribus ipsis interdum in vltimis volūtatibus sub diuersis modis nonnulla legantur, neque expreßè quid de ijs agendum sit in regula, vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur, ne in ipsis dubitari contingat in posterum, prouidendo legantibus, & fratrum conscientijs præcauendo, declaramus, ordinamus, & dicimus, quòd si testator modū secundū quem fratribus eorum conditione inspecta recipere non liceret exprimat in legando, vt si legaret fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domū ad locandum, vel similia verba in similibus proferret, aut modos similes in relinquendo seruaret, à tali legato & eius receptione per omnem modum fratres abstineant. Si verò modum licitum fratribus, in legando testator expresserit, vt si diceret, lego pecuniam pro fratrum neceßitatibus expendēdam,

vel domum, agrum, vineam, & similia ad hoc quòd per certam personam, vel personas idoneas distrahantur, & pecunia de rebus ipsis accepta in ædificia, vel alia fratrũ necessaria conuertantur, aut in legando similibus modis vel verbis vtatur, in hoc casu illud in omnibus & per omnia (consideratis eorum necessitatibus, & moderaminibus supradictis) quantum ad fratres seruari decernimus, quòd per nos est superius in concessis pecuniarijs eleemosynis declaratum.

§. Ad quæ legata soluenda, tam hæredes testatorum, quam executores, se liberales exhibeant, & etiam prælati. Et sæculares, quibus de iure vel de consuetudine prouisio ista competeret, cùm expedierit se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum regulæ congruos, intendimus prouidere, quòd hæc pia defuncto

Notat q̃ iudex secularis se interponat circa legata pia.

functorum destituatur intentio, & hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur, ac ipsi fratres pauperis opportunis auxilijs non fraudentur. Si verò fratribus ipsis generaliter aliquid absque modi expressione legetur, hæc in legato sic indeterminatè relicto in omnibus, & per omnia intelligi ac seruari volumus, & in perpetuum præsenti constitutione iubemus, quod supra in pecunia, seu eleemosyna fratribus indeterminatè oblata vel missa voluimus ac expressimus obseruari, videlicet vt sub modo licito fratribus intelligatur esse relictum, ita quòd nec legans merito, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

§. De commutatione rerū mobiliū.

¶ Quia verò libros & alia mobilia, quibus tā ordo quā fratres vtūtur, quorū dominium (cū non sint dominij aliorū) ad præfatā ecclesiam specialiter spectare dignoscitur, interdū contingit seu expedit vendi, vel etiā cōmutari, fratrū vtilitatibus,

bus, & eorum conſcientijs prouidere volentes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio talium rerum, & ad eas res, quarum vſum fratribus liceat habere de generalis & prouincialium miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim vel diuiſim auctoritate procedat, quibus etiam de diſpoſitione vſus talium rerũ, concedimus ordinare. ¶ Si verò res huiuſmodi æſtimato pretio vendi contingat, cum fratribus ipſis per ſe, vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat, ordinamus & volumus quòd talis pecunia ſeu pretium recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius vſum fratribus licet habere, per procuratorem à præfata ſede, vel à cardinali gubernationem per ipſam ſedem gerenti eiuſdem ordinis deputandum, iuxta modum in ſuperioribus neceſsitatibus præteritis & ingruentibus ordinatum. ¶ De vilibus aut

De vẽditione rerum mobilium.

Extrauagan. ad cõditorẽ §. rurſus.

mo

mobilibus, vel parum valentibus, liceat ex præsenti nostra concessione fratribus (pietatis seu deuotionis intuitu, vel pro alia honesta te & rationabili causa) obtẽta super hoc prius superiorum licentia iuxta quod inter fratres in generali vel prouincialibus capitulis, tã de ipsis rebus vilibus, seu parũ valentibus, & earum valore, quam præfata licentia, scilicet à quibus & qualiter sit habẽda, extiterit ordinatum intra & extra ordinẽ alijs elargiri. ¶ Licet autẽ contineatur in regula, quòd fratres habeant vnam tunicã cum caputio, & aliam sine caputio, & videri possit illa fuisse instituentis intentio, quòd necessitate cessante pluribus non vtãtur, declaramus, quòd possint fratres de licentia ministrorum & custodum, coniunctim & diuisim in administrationibus sibi commissis, cum eis videbitur, pensatis necessitatibus, & alijs circunstantijs quæ secundum Deum & regulam atten-

De largitione rerũ viliũ.

Glosa in verbo vilitas in clement. exiui. §. præterea & extrauagã quorundã. §. in primis.

Ar. 4. de vestibus fratrum.

attendendæ videntur, vti pluribus nec per hoc videãtur à regula deuiare, cùm etiam in ipsa dicatur expressè, quôd ministri & custodes de infirmorum necessitatibus, & fratribus induendis solicitam curam gerant, secundum loca & tempora, & frigidas regiones. ¶ Et quanquam regula prædicta contineat, quòd de fratribus induendis, & necessitatibus infirmorum ministri tantum & custodes solicitam curam gerant, & dictio illa tantum sic ministros & custodes in hac cura perstringere, quôd ab ea cæteros excludere prima facie videatur, quia tamen solicite considerare nos conuenit, & tẽpus regulę institutæ, quãdo fratres ipsi ad comparationem præsentem, numero pauci erant, & forsan ministri ac custodes videbantur tunc ad ista posse procuranda sufficere, ac nihilominus multiplicationis fratrum, & moderni temporis qualitatem, nec sit verisimile beatum Frãciscum

Declarat quod regula obligat dispẽsabiliter tamen.

ciſcum inſtituterem regulæ, vel ipſis miniſtris & cuſtodibus impoſsibilitatis iugũ voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſsibilitatis conſequentia fratres ipſos ſuis neceſsitatibus velle carere, concedimus, quòd ipſi miniſtri & cuſtodes poſsint per alios huius curę ſolicitudinem exercere. Debent etiã & alij fratres curam huiuſmodi (quæ præfatis miniſtris & cuſtodibus pręcipuè incumbit ex regula) cùm ſibi ab illis commiſſa fuerit gerere diligenter. ¶ Continetur quoque in regula, quòd fratres, quibus gratiam dedit dominus laborandi laborent fideliter & deuotè, ita ꝙ excluſo ocio animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant. Quia verò ex verbo iſto fratres ipſos de ocioſitate vitæ, & de regulæ tranſgreſsione improbè notare interdum hactenus aliqui ſunt conati, nos morſus huiuſmodi nefarios reprimentes: declaramus

Artic. 5. de modo laborandi.

mus, quoniã cõſideratis verbis prædictis, & forma ſeu modo loquendi, ſub quibus fratres ad huiuſmodi, exercitium inducuntur, non videtur ea fuiſſe inſtituentis intentio, quód vacantes ſtudio, vel diuinis officijs & miniſterijs exequẽdis, manuali labori ſeu operationi ſubijceret, vel ad hoc illos arctaret, cum exemplo Chriſti & multorum ſanctorum Patrum, labor iſte ſpirituales tanto illi præponderet, quanto quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur. Ad alios verò quæ ſe in prædictis ſpiritualibus operibus non exercent, niſi tales aliorum fratrum licitis officijs occupentur (ne ocioſe viuant) verba prædicta declaramus extendi, niſi & tales, tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis exiſterent, quòd merito propter hoc non eſſent à tãto bono & pio exercitio ſubtrahendi. Fratres enim quantumcunque ſtudio vel diuinis miniſterijs non vacan-

tes

tes, ſed aliorum fratrum ſtudio vel alijs diuinis officijs & miniſterijs vacantium ſeruitijs in hærentes, cum ipſis eiſdem, quibus ſeruiunt ſuſtentari merentur, quod aſtruitur illa æqua lege ſancitum, qua ſtrennuus pugnator ille Dauid iuſte decreuit, videlicet ꝙ deſcendẽtium ad prælium, & remanentium ad ſarcinas, portio æquiparetur.

¶ Verùm quia expreſsè continetur in regula, quòd fratres nõ prædicẽt in epiſcopatu alicuius epiſcopi cũ ab eo illis fuerit contradictũ, nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilominus auctoritatem apoſtolicæ plenitudinis conſeruantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad literam ſicut regula ipſa protulit obſeruetur, niſi per ſedem apoſtolicam circa hoc pro vtilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum, vel ordinatum aliud, vel in poſterum concedatur ſeu etiam ordinetur.

Artic. 6. de prædicatoribus.

Nota poteſtatem Papæ, vt fo. 140. pag. 1. & fo. 44. pagi. 1.

¶ Et quia in eodem capitulo regulæ immediatè ſubiungitur, quòd

 nullus

nullus fratrum populo audeat præ dicare nisi à ministro generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, & ab eo officium prædicationis sibi concessum, nos & statum præteritum ipsius ordinis in paucitate sui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (vt condecet) aduertentes concedimus, quòd nedum generalis examinare, approbare prædicaturos fratres in populis, ac illis concedere licentiam prædicandi, quatenus personæ idoneitatem & prædicationis officium licentia ipsa respiceret, prout in regula continetur, verumetiam prouinciales ministri hoc posſint in capitulis prouincialibus cum diffinitoribus, quod etiam hodie obseruari dicitur, & in fratrum priuilegijs contineri. Quam quidem licentiam præfati ministri reuocare, suspendere valeant & arctare, sicut & quando id eis videbitur expedire. ¶ Sed quoniam in desiderijs

rijs nostris hoc geritur, vt ad Dei gloriam salus proficiat animarum ac dictus ordo, per quem iugiter ad amorem diuinum affectio Christianæ religionis accenditur, merito & numero augeatur, concedimus, & præsenti statuto firmamus licere non solum generali, sed etiam prouincialibus ministris, personas fugientes à seculo in fratres recipere, quæ prouincialium ministrorum licentia, per ipsum generalem (sicut expedire viderit) possit arctari. Vicarij verò prouincialium ministrorum, ex officio Vicariæ, licentiam hanc sibi nouerint interdictam, nisi per ministros eosdem (quibus hoc posse committere vicarijs & alijs licere decernimus) hoc ipsis vicarijs specialiter cõmittatur. Caueant tñ ipsi prouinciales, ꝙ hoc non indiscretè, nõ passim, sed si cõsideratè cõmittant, sicq; illos quibus hoc committi contigerit fidelibus consilijs fulciãt, ꝙ omnia discretè procedãt.

Artic. 7. de modo recipiẽdi fratres ad ordinẽ.

¶Nec indifferenter omnes admittantur ad ordinem, sed illi tantum qui suffragantibus eis literatura, idoneitate, vel alijs circunstantijs, posint vtiles esse ordini, sibiq; per vitæ meritũ, & alijs proficere per exemplum. ¶Insuper dubitantibus fratribus prædicti ordinis, an (pro eo quod in regula dicitur) vt decedente generali ministro, à prouincialibus, ministris & custodibus in capitulo Penthecostes fiat electio successoris, omniũ custodum multitudinem oporteat ad generale capitulum conuenire, an (vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur) sufficere posit, vt aliqui de singulis prouincijs, qui vocem habeant aliorum, intersint, taliter respõdemus. s. vt singularum prouinciarum custodes vnum ex se constituant, quem cum suo prouinciali ministro pro seipsis ad capitulum dirigant, voces ac vices suas committentes eidem, quod etiam cùm constituerint per se ipsos,

Artic. 8. de electione generalis ministri.

ſos, ſtatutum huiuſmodi duximus approbandum, quod idem prædeceſſor Grego. IX. in caſu huiuſmodi dicitur reſpōdiſſe. ¶ Deniq; quia continetur in regula ſupradicta, quòd fratres non ingrediātur monaſteria monacharum, præter illos, quibus à ſede apoſtolica conceſſa fuerit licentia ſpecialis, quanquam hoc de monaſterijs pauperum monialium iucluſarum fratres hactenus intelligendum eſſe crediderint, cùm earum ſedes præfata curam habeat ſpecialem, & intellectus huiuſmodi per conſtitutionem quandam tempore datę regulæ, viuente adhuc beato Franciſco, per prouinciales miniſtros fuiſſe credatur in generali capitulo declaratus, ijdem fratres certificari nihilominus ſe poſtularūt, an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de ſolis monaſterijs intelligi debeat monialiū prædictarum. Nos vtique generaliter id eſſe prohibitum de quarum

Artic. 9. de ingreſſu monaſteriorū monialium.

libet cœnobijs monialium respon
demus. Et nomine monasterij, vo-
lumus claustrum domos, & offici-
nas interiores intelligi, pro eo quod
ad alia loca, vbi homines secula-
res conueniunt, possunt fratres il-
li causa prædicationis, vel eleemo-
synæ petendæ accedere, quibus id
â superioribus suis pro sua fuerit
maturitate, vel idoneitate conces-
sum, exceptis semper prædictarũ
monasterijs inclusarum, ad quæ
nulli datur accedendi facultas, si-
ne sedis eiusdem licentia specia-
li, quod etiam ipse idem prædeces-
sor Gregor. IX. in eo casu dicitur
respondisse. ¶ Cæterum sanctę
memoriæ confessor Christi Fran-
ciscus mandasse dicitur circa vl-
timum vitæ suæ (cuius manda-
tum, ipsius dicitur testamentum)
quòd verba ipsius regulæ nõ glos-
sentur (& vt verbis vtamur eius-
dem) quòd sic vel sic intelligi de-
beat, non dicatur, adijciens, quòd
fratres

§. An testamentum beati Frãcisci aliquaten' obligauit. Art. 10.

fratres nullo modo aliquas literas ab apoſtolica ſede petant, & alia quædam interſerens, quæ non poſſent ſine multa difficultate ſeruari, propter quod fratres hæſitantes an tenerentur ad obſeruantiam teſtamenti prædicti dubitationem huiuſmodi per eundem prædeceſſorem Gregor. IX. petierunt de ipſorum conſcientijs amoueri. Qui (ſicut aſſeritur) attendens periculum animarum, & difficultates, quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatem de ipſorum cordibus amouendo, dixit fratres ipſos ad ipſius mandati obſeruantiam non teneri, quod ſine conſenſu fratrum, & maximè miniſtrorum, quos vniuerſos tangebat, obligare nequiuit, nec ſucceſſorem ſuum quomodolibet obligauit: cùm non haberet imperium par in parem. Nos autem circa præſentem articulum nihil duximus innouandum.

§. De eiuſdẽ declarationis firmitate & auctoritate, atque publicatione articulus vltimus.

¶ Ad hæc à nonnullis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus circa declarationem ipſius regulæ, & ipſam regulam, ac eam cõtingentia diuerſas literas intelleximus emanaſſe. Sed nec per hoc mordaciũ prædictorũ cõtra regulã ipſam & fratres quieuit inſultus nec per ipſas literas ſtatui fratrum prouidetur in multis, in quibus de nouo vel aliter neceſſario prouidendum eſſe multorum poſtea caſuum contingentium experientia iudicauit. Nos itaque ne literarum huiuſmodi, & præſentis conſtitutionis diuerſitas, vel intellectus aduerſitas in prædictorum obſeruatione fratrum animos perturbaret & vt plenius, clarius, & certius eorum ſtatui & obſeruantiæ prædictæ regulæ conſulatur, in omnibus & ſingulis illis articulis quos conſtitutio ipſa continet, quanquam ipſi vel eorum aliqui contineantur in alijs literis apoſtolicis ſupradictis, hanc noſtram conſtitutio-

Vide §. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. & Bal. l nõ dubium, de leg. Font.

tutionem, declarationem, seu ordinationem tantum à fratribus ipsis præcisè, ac inuiolabiliter decernimus perpetuis temporibus obseruandam. ¶ Cûm igitur ex prædictis & alijs per nos cum multa maturitate discussis, regula ipsa licita, sancta, perfecta, & obseruabilis, nec vlli patēs discrimini euidēter appareat illam & omnia subscripta per nos statuta, ordinata, concessa, disposita, decreta, declarata, etiam & suppleta, de apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, cōfirmamus, & volumus existere perpetuæ firmitatis, in virtute obedientiæ districtè præcipientes, quòd hæc constitutio sicut cæteræ constitutiones vel decretales epistolæ legatur in scholijs. ¶ Et quia sub colore liciti, nonnulli contra fratres ipsos & regulam in legendo, exponendo, atque glossando possent virus suæ iniquitatis effundere, ac constitutionis intellectum, ipsum in diuersas & aduersas sententias

Nota.

producentes ſuis adinuentionibus deprauare, & opinionũ diuerſitas, ac diſtortio intellectus multorum pios animos poſſet inuoluere, & à religionis ingreſſu multorũ corda ſubtrahere, taliũ detrahẽtiũ vitãda peruerſitas cogit nos ipſis viam ad prædicta præcludere, & certũ procedẽdi modũ, hanc cõſtitutionẽ legẽtibus præfinire. Itaq; ſub pœna excommunicationis, & priuationis officij aut beneficij diſtrictæ præcipimus, vt præſens cõſtitutio cũ ipſam legi cõtigerit ſicut prolata eſt ſic fideliter exponatur ad literã, cõcordãtię, cõtrarietates, ſeu diuerſæ & aduerſæ opiniones à lectoribus ſeu expoſitoribꝰ nullatenus inducãtur. Super ipſa cõſtitutione gloſſæ nõ fiãt (niſi forſan, per quas verbũ vel verbi ſenſus, ſeu cõſtructio, vel ipſa cõſtitutio quaſi grãmaticaliter ad literã, vel intelligibilius exponatur) nec intellectus ipſius per legentẽ deprauetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud quã lr̃a ipſa ſonat.

¶ Et

¶ Et ne sedẽ prædictam cõtra detractores huiusmodi oportet vlterius laborare, vniuersis ac singulis cuiuscũq; præeminentię, cõditionis, aut status districtè præcipim⁹, ne cõtra prædictã regulã, & statũ prędictorũ fratrũ, seu cõtra pręmissa per nos statuta, ordinata, concessa, disposita decreta, & declarata, suppleta & approbata, & etiã confirmata dogmatizent, scribant, determinẽt, prędicẽt, seu prauè loquãtur publicè vel occultè. ¶ Sed siquid penes aliquem in his ambiguitatis emerserit, hoc ad culmen prędictę sedis apostolicæ deducatur, vt ex auctoritate apostolica, sua in hoc manifestetur intentio, cui soli cõcessum est in his statuta cõdere, & cõdita declarare. Glossantes verò in scriptis constitutionẽ ipsam aliter quã eo modo quo diximus, doctores insuper siue lectores dum docent in publico ex certa scientia, & deliberate intellectum constitutionis huiusmodi deprauãtes,

facien-

facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia & deliberatè determinantes in ſcholis, ſeu prædicãtes cõtra prædicta, vel aliqua ſeu aliquod prędictorũ (non obſtãtibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, aut literis apoſtolicis, quibuſcunq; dignitatibus perſo nis ordinibus, aut locis, religioſis vel ſecularibus, generaliter vel ſingulariter, ſub quacũque forma vel expreſsione verborum conceſsis, quæ nolumus aliquibus in præmiſsis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſententiæ, quam ex nunc in ipſos proferimus, ſe nouerint ſubiacere, à qua per neminem niſi per Romanũm Pontificem poſsint abſolui. ¶ Inſuper tam iſtos contra quos per nos excommunicationis eſt prolata ſententia, quam alios, ſiqui fuerint, circa præmiſſa vel eorum aliquod venientes, ad noſtram & ſedis memoratæ volumus deduci notitiam, vt quos prouiſus

uiſus modus æquitatis non arcet, â vetitis compeſcat rigor apoſtolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ordinationis, conceſsionis, diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Suriani. xix. Kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

(?)

¶ IN

¶ Incipit declaratio Regulæ Fratrum Minorum, ædita à Domino Papa Clemēte V. in concilio Vienensi.

CLemens Episcopus seruus seruorū Dei, ad perpetuā rei memoriā. Exiui de paradiso, dixi, rigabo hortū plātationū, ait ille cęlestis agricola, qui verè fons sapiētiæ verbū Dei à patre in patre manēs, genitū ab æterno, nouissimè diebus istie (fabricante Spiritu sancto) in vtero virginis factū caro, exiuit homo ad op⁹ arduū redēptionis humani generis, peragēdum exemplar sequendum cęlestis vitæ præbens hominibus semetipsum. Verùm quia mortalis vitæ solicitudinibus pressus homo, mentis aspectum ab exemplaris huiusmodi intuitu diuertebat, verus noster

ſter Salomon in ſolio militantis ec
cleſiæ ortum voluptatis inter cęte-
ros quēdam fecit à procelloſis mū-
di fluctibus elōgatum, in quo quie
tius ac ſecurius vacaretur contem-
plandis, obſeruandiſque operibus
exemplaris, In hunc intrauit ipſe
vt rigaret ipſum fœcundis aquis ſpi
ritualis gratiæ & doctrinę. Hic
ortus ſiquidem eſt Fratrum Mino
rum ſancta religio, quæ multis re-
gularis obſeruantiæ firmiter vndi-
que circumcluſa, intra ſe ſolo con-
tenta Deo, adornatur abundè no-
uellis plantationibus filiorum. Ad
hunc veniens dilectus Dei filius,
mortificantis pœnitentię myrrhā
metit cum aromatibus, quæ ſua-
uitate mira vniuerſis odorem at-
trahentis ſanctimonię circumfun-
dunt. Hæc eſt illa cœleſtis vitæ
forma & regula, quam deſcripſit
ille confeſſor Chriſti eximius ſan-
ctus Franciſcus, ac ſeruandam
à ſuis filijs verbo docuit pari-
ter & exemplo. ¶ Quia verò dictę
ſanctæ

sanctæ regulæ professores ac æmulatores deuoti, vt alūni & veri filij tanti patris affectabant, sicut & feruenter affectant, ad purum & plenum præmissam regulam firmiter obseruare, attendentes quædam quæ dubium poterant afferre sensum in ipsius regulæ serie contineri, pro ipsorum declaratione habēda recurrerunt prudenter, olim ad apicē apostolicæ dignitatis, vt certificati per ipsam, cuius pedibus etiam per ipsam regulam sunt subiecti, possent domino (pulsis cunctis dubijs) cum plena claritate cōscientiæ deseruire. Horum autem pijs ac iustis supplicationibus plures prædecessores nostri Roman. Pontifi. successiuê, sicut dignum erat, applicantes aures & animum declaraueaunt ea quæ dubia videbantur, addiderunt nonnulla, & aliqua concesserunt, sicut expedire videbant fratrum conscientijs, ac puræ obseruantiæ huius status. Verum quia plerunque vbi culpa

pa non est, eam timere solent conscientiæ timoratæ, quæ in via Dei quodcunque deuium expauescunt non sunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conscientię quietatæ, quin circa aliqua ad regulam, ipsorumque statum pertinentia, dubitationum in ipsis fluctus aliqui generentur & oriantur, sicut ad aures nostras pluries, & de quam pluribus in publicis & priuatis consistorijs est perlatum. Quapropter per ipsos fratres nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus prædictis dubijs quæ occurrerunt, & quæ possunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate sedis apostolicæ curaremus. ¶ Nos igitur cuius animus ab ætate tenera pia deuotione efferbuit ad huiusmodi professores regulæ, & ad ordinem ipsum totum, nunc autem ex communi cura pastoralis regiminis quam immeriti sustinemus, ad ip-

ſos fouendos dulcius, & attentius gratioſis fauoribus proſequendos, tanto prouocamur ardentius, quãto frequentius intentamente reuoluimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina toti vniuerſali eccleſiæ continuè cernimus prouenire, tam pia ſupplicantiũ intentione commoti, ad peragendum diligenter, quod petitur, ſtudia noſtra duximus conuertenda, ipſaque dubia per plures Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & in Theologia Magiſtros, & alios literatos prouidos & diſcretos examinari fecimus diligenter.

Nota.

Art.1. de obſeruãtia euãgelicorũ cõſiliorũ & præceptorum.

¶ Cûm igitur in primis, ex eo quôd in dictæ regulæ principio habetur, regula & vita Minorum Fratrum eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euãgelium obſeruare, in obedientia viuendo, ſine proprio, & in caſtitate. Item infra, finito verô anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & re-

regulam obseruare. Item circa finem regulæ, paupertatem & humilitatem, & sanctum Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Fuit hæsitatum, an fratres eiusdem ordinis ad omnia tam præcepta quam consilia euangelij, ex professione suæ regulæ teneantur, quibusdam dicentibus quòd ad omnia, alijs autem asserentibus, quòd ad sola illa tria consilia, videlicet viuere in obedientia, in castitate, & sine proprio, & ad ea quæ sub verbis oblatorijs ponuntur in regula obligantur. ¶ Nos circa hunc articulum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, ipsumque articulum, quoad aliquid plenius prosequentes, dictæ hæsitationi duximus respondendum, quòd cùm votum determinatum cuiuslibet, habeat cadere sub certo, vouens regulam, non potest dici teneri ex vi voti huiusmodi, ad ea

consilia euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidem beati Francisci conditoris regulæ hæc probatur fuisse intentio, ex hoc q̄ quædam euangelica consilia in regula posuit, alijs prætermissis. Si enim per illud verbum, regula & vita Minorum Fratrum hæc est, &c. intendisset eos ad omnia consilia euangelica obligare, superfluè & nugatoriè quædam eorum (suppressis cæteris) in regula expressisset. Cùm autem natura termini restrictiui hoc habeat, quòd sic excludit ab ipso extranea, quòd cuncta ad ipsum pertinentia concludit, declaramus & dicimus, quòd dicti fratres non solum ad illa tria vota absolutè accepta, ex professione suæ regulæ obligantur, sed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria, quæ regula ipsa ponit. Nam si ad hæc tria prædicta tantum præcissè & nudè promittentes se seruare regulam, viuendo in obedientia, in

Vide. l. ob æs. C. de prædijs. Bar. in. l. serui nomine. ff. de vsu. l. fi. C. de reuo. do. Bar. l. viros. C. de diuer. of. lib. 12.

in castitate, & sine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hæc tria modificant arctarentur, pro nihilo & vanè proferentur hęc verba, promitto semper hanc regulam obseruare, ex quo ex his verbis nulla obligatio nasceretur. Ne tamen putandum est, quòd beatus Franciscus professores huius regulæ, quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, seu ad alia in ipsa expressa intenderit æqualiter esse obligatos, quin potiùs apertè discernit, quòd quo ad quædam ipsorum transgressio est mortalis, & quo ad quædam alia non, cum ad quædam ipsorum verbum apponat præcepti, vel ęquipollentis eidem, & quo ad alia, verbis alijs sit contentus. ¶Item quia præter ea quæ expresse verbo præcepti, exhortationis, seu monitionis ponuntur in regula, nonnulla verbo imperatiui modi, negatiuè, vel affirmatiuè apposito inseruntur, ha-

Artic. 2. an verba imperatiui modi obligent fratres sicut præcepta.

ctenus extitit dubitatum, an tenerentur ad ista vt ad habentia vim pręcepti. Et quia (vt intelleximus) non minuitur hoc dubium, sed augetur ex eo quod fœlicis recordationis Nicolaus Papa III. præ decessor noster noscitur declarasse, q̄ fratres ipsi ex professione suæ regulæ sunt astricti ad ea consilia euangelica, quę in ipsa regula pręceptoriè, vel inhibitoriè, seu sub verbis æquipollentibus exprimuntur, supplicauerunt prædicti fratres, vt ad ipsorum conscientias serenandas declarare, quæ horum censeri debeant præceptis æquipollentia, ac obligatoria dignaremur. ¶ Nos itaque, qui in syncęris horum conscientijs delectamur, attendentes quòd in his quæ animæ salutem respiciunt, ad vitãdos graues remorsus conscientiæ, consultè pars securior est tenenda, dicimus q̄ licet fratres non ad omnium quæ sub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, sicut ad

ad præceptorũ ſeu præceptis ęqui-
pollentium, obſeruantium teneantur:
expedit tamen ipſis fratribus,
ad obſeruandam puritatem regulæ
& rigorem, quòd ad ea ſicut ad
æquipollentia præceptis ſe nouerint
obligatos, quæ hic inferius annotantur.
Vt autem hæc quæ videri
poſſunt æquipollentia præceptis
ex vi verbi, vel ſaltem ratione
materię de qua agitur, ſeu ex vtreque,
ſub compendio habeantur, de
claramus, quòd illud quod poni- 1.
tur in regula de non habendo plu-
res tunicas, quam vnam cum capu
tio & aliam ſine caputio. Item de 2.
non portandis calceamentis, &
non equitando, extra caſum ne-
ceſsitatis. Item quòd fratres vili- 3.
bus induantur: item quòd ieiunare
à feſto omnium Sanctorum vſque
ad Natiuitatem Dñi, & in ſextis ſe
rijs teneantur: item quòd clerici fa
ciant diuinum officium ſecundum
ordinē ſanctæ Romanæ Eccleſiæ:

Vide c. conſiliũ. & glo. de obſer. ieiu. c. iuuenis. de ſponſa. c. in lectũ. 34. q. 2.

 item

4. item quòd ministri & custodes pro
necessitatibus infirmorum, & fra-
tribus induendis solicitam curam
5. gerant: item quod si quis fratrum
in infirmitatem ceciderit, alij fra-
6. tres debent ei seruire: item quod
fratres non prædicent in episcopa-
tu alicuius episcopi, cùm ab eo il-
7. lis fuerit contradictum: item quod
nullus audeat populo penitus
prædicare, nisi à ministro genera-
li, vel alijs, quibus secundum de-
clarationem prędictam id compe-
tit, fuerit examinatus, approbatus,
8. & ad hæc institutus: item quod
fratres qui cognoscerent se non
posse prę missam regulam spiritua
liter obseruare, debeant, & possint
9. ad suos ministros recurrere: item
quòd omnia quæ ponuntur in re-
gula ad formam habitus, tam no-
uitiorum, quam etiam professorũ,
nec non ad receptionis modum, ac
professionum spectantia, nisi reci-
pientibus, quo ad habitum noui-
tiorum (sicut dicit regula) secũdum
Deum

Deum aliter videatur, hęc in quam omnia sunt à fratribus, tanquàm obligatoria obseruāda. Item ordo communiter sensit, tenet & tenuit ab antiquo, quod vbicunque ponitur in regula hoc vocabulum, teneantur, obtinet vim præcepti, & obseruari debet à fratribus, sicut tale. ¶ Cęterum quia Christi confessor prædictus agendorum, ac seruandorum circa recipiendos ad ordinem, ministris & fratribus modum prębēs, dixit in regula, quod caueant fratres & eorum ministri ne sint soliciti de rebus suis temporalibus, vt liberè faciant de eis quicquid ipsis à domino fuerit inspiratum, licentiam tamen habeāt mittendi eos ad aliquos Deum timentes: si consilium requiratur, quorum consilio sua bona pauperibus erogentur. Dubitauerunt & dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredientium quicquam recipere, si donetur, & si ad dandum personis & conuentibus

§. Artic. 3. an possint recipere fratres de bonis ordinem ingredientium.

posſint eos inducere ſine culpa, ſi etiam ad diſponendum diſtributionem rerum talium debeant ipſi miniſtri ſeu fratres dare cōſilium, vbi ad conſulendum alij quàm ex ipſis, ad quos ingreſſuri mittantur, posſint idonei inueniri. Nos autem conſiderantes attentè, intendiſſe ſanctum Franciſcum, ſuæ regulæ profeſſores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipſorum ingredientium per dicta verba, ſpecialiter & totaliter elongare, vt quantum eſt ex parte fratrum ipſorum receptio ad ordinem, ſancta & puriſsima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantum diuino ſeruitio mancipandos, dicimus omnino debere, tā miniſtros quàm fratres cæteros à dictis inductionibus ad ſibi dandum & ſuaſionibus, necnon à dandis circa diſtributionem conſilijs abſtinere, cûm per hoc

hoc ad timentes Deum, status alterius mitti debeant, non ad fratres, vt verè cunctis pateant, esse tam salubris instituti paterni studiosi zelatores, seduli & perfecti. Cùm verò facere de rebus suis quod dñs inspirabit, ipsamet regula ingredientibus liberum velit esse, nõ videtur quin liceat eis recipere, consideratis scilicet eorum necessitatibus, & moderaminibus declarationis iam dictæ, si quid de bonis suis intrans, sicut & cęteris pauperibus, per modum eleemosynæ liberè velit dare. Cauere tñ in acceptione oblatorũ talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili, præsumi possit sinister oculus contra ipsos. §.

10. ¶ Præterea, cùm dicatur in regula, ꝙ illi qui iã promiserunt obedientiam habeant vnã tunicã cum caputio, & aliã sine caputio, qui habere

11. voluerint: itẽ quia fratres omnes vestimentis vilibus induantur, nosq; prædicta verba declarauerimus æquipollere pceptis, volẽtes plenius

Artic. 4: de fratrũ vestimentis, & eorum vilitate.

hæc

hęc determinare, dicimus quantũ ad numerum tunicarum, quòd plu
12. ribus vti non licet, nisi in necessitatibus quę haberi possunt ex regula, secundum quod hũc passum
Fo.39. memoratus prædecessor noster plenius declarauit. Vilitatem autem vestium, tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quę secundum cõsuetudinem, vel conditionẽ patriæ debeat, quantum ad colorem panni, & pretium vilitas meritò reputari, non enim quo ad regiones omnes potest determinatus vnus modus in talibus assignari. Huiusmodi etiam vtilitatis iudicium, ministris & custodibus, seu guardianis duximus cõmittendum eorum super hoc conscientias onerantes: ita tamen quòd seruẽt in vestibus vilitatem. ¶ Quorum etiam ministrorum, custodum, & guardianorum iudicio, eodem modo reliquimus, ꝑ qua necessitate possunt ipsi fratres calceamẽta portare. ¶ Dein

Decalceamentis. Artic. 5. de ieiunijs.

de

de cum duobus temporibus anno- 14
tatis in regula, scilicet festo omniũ Sanctorum vsque ad Natiuitatem domini, & maximè quadragesimę, in quibus ieiunare tenentur, inseratur in eadem regula, alijs autem tẽporibus non teneãtur, nisi sexta feria ieiunare, & ex hoc voluerunt aliqui dicere, quòd dicti ordinis fratres non tenentur, nisi ex condecentia, ad alia ieiunia, quam ad ista, declaramus, debere intelligi eos non teneri ad ieiuniũ alijs temporibus, præterquam in ieiunijs ab ecclesia constitutis. Non est enim verisimile, quòd vel institutor regulæ, vel etiam confirmator absoluere eos intenderit à seruandis illis ieiunijs, ad quæ de communi statuto ecclesię obligantur ceteri Christiani. ¶ Porro cùm di- §.
ctus sanctus volens fratres suos super omnia à denarijs seu pecunia esse totaliter alienos, pręcepit firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam re-

Artic. 6. de obseruantia præcepti .f.

cipiant

cipiant per se vel per interpositam personam, istumque articulum declarans idem prædecessor noster, casus & modos posuerit, quibus seruatis à fratribus non possint dici, nec debent per se vel per alium pecuniæ receptores, cõtra regulam vel sui ordinis puritatem, dicimus fratres teneri cauere summopere, quòd pro alijs causis, vel sub modis alijs, quam ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias siue deputatos nuncios non recurrant (ne si secus ab ipsis attentatum fuerit) transgressores præcepti, & regulæ merito possint dici. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expressè non conceditur, intelligitur denegatum. Quo circa, quęstus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in ecclesia vel alibi, cippi seu trunci ordinati ad offerentium seu donantium pecunias reponendas, necnon & quicunque recursus alius ad pecu-

nias,

nias, seu habentes ipsas qui per declarationem prædictam non cõceditur, hæc inquam omnia sunt ei simpliciter interdicta. Cùm etiam recursus ad amicos spirituales expressè tantum in duobus casibus secundum regulam concedatur, videlicet pro necessitatibus infirmorum, & fratribus induendis, idq́ue piè & rationabiliter, considerata necessitate vitæ, ad alias necessitates, fratrum pro tempore occurrentes (cessantibus eleemosynis) seu etiam ingruentes: sæpè dictus prædecessor duxerit extendendum, attendant fratres præfati, quòd pro nullis caussis alijs quam prædictis, vel similibus, in via vel alibi, recurrere licet eis ad amicos huiusmodi, siue sint dantes pecunias, seu deputati per ipsos, siue nuncij, vel depositarij, seu quouis alio nomine appellentur, etiam si concessi per eandem declarationem modi circa pecuniam integrè seruarentur.

¶ Deniq;

5. ¶ Denique, cùm idē cōfessor summè affectauerit suę regulę professores totaliter esse abstractos ab affectu & desiderio terrenorum, & specialiter à pecunia, & eius vsu totaliter inexpertos, sicut probat prohibitio de recipienda pecunia, in regula sępius repetita, curare fratres vigilāter necesse est, quòd cùm ex causis prædictis, & modis ad habētes pecunias deputatas pro ipsorum necessitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipsas, quicunque hi fuerint, principales vel nuntij, in omnibus sic se gerant, quòd se cunctis ostendant in dictis pecunijs (sicut nec habeant) penitus

Nota. nil habere. Quapropter pręcipere quando & qualiter pecunia expendatur, compotumque exigere de expensa, eam quomodocunque repetere, siue deponere, aut deponi facere, capsulam pecunię, vel eius clauē deferre, hos actus & consimiles, sibi fratres illicitos esse sciant. Prędicta enim facere, ad solos

los dominos pertinet qui dederūt, & eos quos ipsi deputauerunt ad hoc ipsum. ¶ Proinde cùm vir sanctus paupertatis præmissæ in regula modum exprimens dixerit in eadem, fratres nihil sibi approprièt, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquàm peregrini & aduenæ in paupertate & humilitate domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter, sicque declaratum extitit per nonnullos prædecessores nostros Romanos Pontifices, hāc expropriationem intelligi debere, tam in speciali quàm etiam in communi, propter quod, & rerū omnium concessarum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas & quarum vsum facti, scilicet ordini, vel ipsis fratribus licet habere) proprietatē & dominium in se & Romanam ecclesiam receperunt, dimisso in eis ipsis fratribus tātummodo vsu facti simplicis, ad nostram fuerunt deducta examen, quæ in ordine

§. Artic. 7. de expropriatione fratrum.

fieri dicebantur, & videbātur prædicto voto, & puritati ordinis repugnare, videlicet vt ea prosequamur ex ipsis, quæ remedio credimus indigere, quòd se institui hæredes, non solùm sustinent, sed procurant. Item, quòd reditus annuos suscipiunt interdum in tam
2. notabili quantitate, quòd conuentus habentes, totaliter inde viuũt.
3. Item, quòd cùm ipsorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curijs agitantur, assistunt aduocatis & procuratoribus; & ad instigãdum eosdem se ibidem personali-
4 ter repręsentant. Item, quòd cùm executiones suscipiunt vltimarum voluntatum & gerunt; seque intromittunt quandoque de vsurarũ vel malè ablatorum dispositionibus, seu restitutionibus faciendis.
5. Item, quòd alicubi non solum excessiuos ortos, sed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad vendendum. Item, quòd

quòd temporibus messium, vel 6.
vindemiarum sic copiosè granum & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à fratribus, & in cellarijs & granarijs reconduntur, quòd per anni residuum, & absque eorum mẽdicatione possunt transigere vitam suam. Item, 7.
quòd ecclesias, vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate & curiositate figuræ, ac formæ, ac sumptuositate notabiliter excessiua, sic quòd non videntur habitacula pauperum, sed magnatum. Paramenta etiam ecclesiastica in plerisque locis tam multa habent, & tam notabiliter & preciosa, quòd excedunt in his magnas ecclesias cathedrales. E- 8.
quos insuper & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indistincte. Tamen communitas fratrum, & specialiter rectores ipsius ordinis asserebant, quòd prædicta seu plura ex ipsis in ordine nõ fiebãt. Quot & siqui reperiũtur

rei in talibus, rigidè puniuntur, nec non contra talia ne fiant, sunt facta pluries ab antiquo, statuta in ordine multum stricta. ¶ Cupientes igitur nos ipsorũ fratrum prouidere conscientijs, & cuncta dubia, quantum possibile nobis est, de ipsorum pectoribus remouere ad prædicta, modo qui sequitur respondemus. Cùm enim ad veritatem vitæ pertineat: vt id quod exterius agitur interiorem mentis habitum & dispositionẽ repręsentet, necesse habẽt fratres, qui se expropriatione tanta à temporibus abstraxerunt, ab eo quòd dictæ expropriationi esset, vel posset videri contrarium abstinere. ¶ Quia igitur in successionibus transit, non solum vsus rei, sed & dominium suo tempore in hæredes, fratres autem præfati nihil sibi in speciali acquirere: vel eorum ordini possunt, etiam in communi, declarando dicimus, quòd successionum huiusmodi, quæ etiam

De hæreditatib⁹ nõ acceptandis.

ex sua natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia & immobilia se extendunt (considerata sui puritate voti) nullatenus sunt capaces. Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tãtam earum partem quòd præsumi posset hoc in fraudem fieri, quasi sub modo & forma legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere, quin potius ista sic fieri ab ipsis, simpliciter prohibemus. ¶ Cumque annui reditus intra immobilia censeantur à iure, ac huiusmodi reditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet, nulla dubitatio est quòd prædictis fratribus reditus quoscunque, sicut & possessiones, vel eorũ etiam usum (cum eis non reperiatur concessus) recipere vel habere (conditione considerata ipsorum) non licet. ¶ Amplius, cùm non solum quod malum esse dignoscitur, sed & omne quod speciem habet mali sit à viris perfectis specialiter

De reditibus non habẽdis.

Denõ assistendo incursis.

euitandum. Ex talibus autẽ aſsiſtẽtijs in curijs, & inſtigationibus, cùm de rebus agitur in ipſorum commoda conuertendis, creduntur veriſimiliter ex his quæ foris patent, de quibus habent homines iudicare, in ipſis rebus fratres aſsiſtentes aliquid quęrere tanquã ſuum, nullo modo debent huiuſmodi voti & regulæ profeſſores, ſe talibus curijs, & litigioſis actibus immiſcere, & vt teſtimonium habeant ab ijs, qui foris ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, ac euitetur per hoc ſcandalum proximorum. ¶ Verumetiam cùm dicti ordinis fratres non ſolum à receptione, proprietate dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verumetiam à contrectatione qualibet ipſius, & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſæpè dictus prædeceſſor noſter in declaratione huius regulæ planè dixit: cumque dicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri, præ-

De nõ recipiendis à fratribus teſtamentorũ executionibus.

prædictis fratribus non licet, nec competit quin potius (considerata sui puritate status) debent sibi scire interdictam, quòd huiusmodi executionibus & dispositionibus se exponant, cùm hæc sæpius absque litigio & contrectatione, vel administratione pecuniæ nequeant expediri. Verum tamen in his exequendis dare consilium, ipsorum statui non obsistit, cùm ex hoc ipsis circa bona temporalia, nulla iurisdictio, actio in iudicio, siue dispensatio tribuatur. ¶ Licèt verò non solum sit licitum, sed & multum conueniens rationi, quòd fratres qui in laboribus spiritualibus, orationis & studij sedulè occupantur, ortos & areas habeant competentes, ad recollectionem vel recreationem sui, & interdum ad seipsos post labores huiusmodi corporaliter deducendos, necnon ad habēda necessaria ortalitia pro seipsis habere tamē ortos aliquos vt colan

De nō habendis ortis superfluis.

tur, ac olera & alia ortalicia precio distrahantur, nec nō & vineas, repugnat suæ regulæ & ordinis puritati, secundum quod dictus prædecessor declarauit, ac etiam ordinauit, quòd si talia ad vsus proximè dictos, vtputa agrum vel vineam ad colendum, & consimilia fratribus legarentur, per omnē modum fratres à receptione taliū abstinerent, cum etiam præmissa habere, vt precium fructuum suis temporibus habeant, ad naturam & formam prouētuum appropinquet.

§. De nō cōgregādo frumentum absque cuiuslibet necessitate.

¶ Rursus, cùm prædictus sanctus tam in exemplis vitæ quā verbis regulæ ostenderit se velle, quod sui fratres & filij diuinæ prouidentiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cœli pascit, qui non congregant in horrea, nec seminant, nec metunt, non est verisimile voluisse ipsum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent sperare posse transi-

gere vitam suam. Et idcirco non ex timore leui laxare se debent ad congregationes & obseruationes huiusmodi faciendas, sed tunc tantum, cum esset multum credibile ex iam expertis, quod non possent vitæ necessaria aliter inuenire. Hoc autem ministrorũ & custodum simul & separatim in suis administrationibus & custodijs (cùm guardiani & duorum de conuentu loci discretorum sacerdotum & antiquorum in ordine fratrum consilio & assensu) duximus iudicio relinquendum, eorum super hoc specialiter cõscientias onerantes. ¶Hinc est etiam, quòd cùm vir sanctus fratres suos in paupertate summa ac humilitate fundare voluerit, quoad affectum, sicut ferè regula tota clamat, cõuenit ipsis, quòd nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant ecclesias, vel alia quæcunque ædificia, quæ considerato fratrum inhabitantium numero,

De nõ recipiendis ædificijs sumptuosis.

excessiua in multitudine & magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus, quòd vbique in suo ordine deinceps, temperatis & humilibus ædificijs sint contenti, ne huic tantæ paupertati promissæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. ¶ Quamuis etiam paramenta & vasa ecclesiastica, ad honorem diuini nominis ordinentur propter quem omnia fecit ipse Deus, tamen qui absconditorum est cognitor ad animum sibi ministrantium respicit principaliter non ad manuum, nec per illa sibi vult seruire, quæ suorum seruitorum conditioni & statui dissonarent, propter quod sufficere debent eis paramenta & vasa ecclesiastica decentia, in numero & in magnitudine sufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia preciositas, vel quæcũque curiositas in his seu alijs quibuscunque, non potest ipsorum professioni vel statui conuenire. Cùm etiam hæc sapiant

De nõ habẽdis paramẽtis, & vasis excessiuis.

Nota.

piant thesaurizationem aut copiã, paupertati tantæ quoad humanum iudicium, derogant manifestè. Quapropter præmissa seruari à fratribus, volumus & mandamus. Nota. ¶ Circa equorum verò & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus, & per omnia obseruandum, quod per declarationem prædictam in pecuniarijs noscitur eleemosynis diffinitum. 5.

¶ Ex præmissis autem succreuit non parum scrupulosa quæstio inter fratres, videlicet vtrum ex suæ professione regulæ obligentur ad arctum & tenuem, siue pauperem vsum rerum, quibusdam ex ipsis credentibus & dicentibus, quod sicut quo ad dominium rerum habent ex voto abdicationẽ arctissimam, ita ipsis quo ad vsum arctitudo maxima & exilitas est indicta. Alijs in contrariũ asserentibus, quòd ex professione sua, ad nullum vsum pauperem, qui non exprimatur in regula

Artic. 8. an fratres teneantur ad vsum pauperẽ ex regula.

gula

gula obligantur, licet teneantur ad vsum moderatum temperantiæ sicut & magis excondecenti, quam cæteri Christiani. Volentes itaque conscientiarum prædictarum fratrum prouidere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando dicimus quòd fratres minores ex professione suæ regulæ specialiter obligantur ad arctos vsus, seu pauperes, qui in ipsorum regula cõtinentur, & eo obligationis modo, sub quo continet seu ponit regula dictos vsus. Dicere autem, sicut aliqui asserere perhibentur, quod hæreticum sit tenere vsum pauperem includi, vel non includi sub voto euangelicæ paupertatis, præsumptuosum & temerarium iudicamus. ¶ Demum, quia ex eo quòd dicta regula, per quos & vbi fieri debeat ministri generalis electio tradens, nullam fecit de ministrorum prouincialium electione vel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio

Artic. 9. de electione, & institutione ministrorum prouincialium.

tatio inter fratres. Nos volentes poſſe ipſos clarè & ſecurè prouidere in omnibus factis ſuis, declaramus, ſtatuimus, etiam & ordinamus hac conſtitutione in perpetuum valitura, vt cùm alicui prouinciæ de miniſtro fuerit prouidendum, ipſius miniſtri electio penes capitulum prouinciale reſideat, quam idem capitulum die ſequenti, qua fuerit congregatum facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio, ad miniſtrum pertineat generalem. Et ſi quidem ad electionem huiuſmodi performam ſcrutinij procedatur (votis in diuerſa diuiſis) electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa quæ à maiori parte capituli (nulla zeli vel meriti collatione, ſeu conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante per dictum generalem miniſtrum, de conſilio diſcretorum de ordine (prius tamen

ex officio, prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur prout eis ſecundum Deum viſum fuerit expedire. Etſi fuerit infirmata, ad capitulum prouinciale electio huiuſmodi reuertatur. Cęterùm, ſi capitulum memoratū die prædicta miniſtrum eligere prætermittat, ex tunc miniſtri prouincialis prouiſio, ad generalem miniſtrum liberè deuoluatur. Verū ſi miniſtro prædicto & capitulo generalibus, ex certa, manifeſta, & rationabili cauſa videretur aliquando in prouincijs vltramarinis Hibernię, Gręcię, ſeu Romanię (in quibus hactenus alius prouidendi modus dicitur ex cauſa certa & rationabili ſeruatus) expedire miniſtrum prouincialem per miniſtrum generalē, cum proborum ordinis conſilio, potius quàm per capituli prædicti electionem præfici, in prouincijs Hiberniæ, etiā vltra marinis irrefragabiliter, in Ro-

 ma-

mania verò vel Grecia, quando mi niſter dictæ prouinciȩ moreretur, vel abſolueretur citra mare, illa vice, ſeruetur abſque dolo, partialitate, & fraude (ſuper quo eorum conſciẽtias oneramus) quod ſuper hoc dictus miniſter, cum dictorum proborũ conſilio, duxerit ordinandũ. In deſtitutione verô dictorum miniſtrorum prouincialium, ſeruari volumus quòd ſuper hoc hactenus de ipſo ordine extiterit obſeruatum. ¶ Cæterùm, ſi contingeret eoſdem miniſtro generali carere, per vicarium ordinis fiat ſuper hoc, quod faciendum fuerit per eundem miniſtrum vſquequo prouiſum fuerit de generali miniſtro. Porrô ſi quid de huiuſmodi miniſtro prouinciali ſecus attentari fortè contigerit, illud ipſo facto ſit irritum & inane.

¶ Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum dictorũ commiſsionis, reſponſionis, prohibitionis, ordi-

ordinationis, mandationum, constitutionum, iudicationum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

NOTATV DIGnissima huius opusculi, vide cap. 2. de dispensatione regulæ & prælatorũ circa vestes & calceamenta, & de recursu ad pecunias, vide. c. 4.

¶ De paupertate, vide. c. 6. & de vsu arcto & de mendicitate, & de casibus reseruatis, vide. c. 7.

¶ De obedientia & spirituali obseruantia regulæ, vide. c. 10.

¶ De suspectis cõsortijs et de monialibus, vide. c. 11.

¶ COMPENDIVM declarationum tum ſummorũ Pontificum, tum etiam aliorũ præſtantiſsimorum doctorum, ſuper Euangelicam Regulam ſerafici Patris noſtri Franciſci, à Patre fratre Frãciſco Ortiz Lucio prædicatore Prouinciæ Caſtellæ.

PRIVS quam breuem ſingulorum capitũ noſtræ regulæ expoſitionem aggrediamur aliquot fundamenta erunt iacienda.

¶ Regula hæc Euangelica quam profeſsi ſumus, à Sede Apoſtolica confirmata, loco fundamẽti & ba- Primum Fundamentũ.

ſis Chriſtũ & eius euangelium habet, ſine quo nullum ædificiũ permanere poteſt, vt ex cap. cũ Paulus.1.q.1.conſtat.

2. Fundamentũ. ¶ Integrum eſt ſanctæ ſedi apoſtolicæ, regulas & ordines in Dei eccleſia approbare & cõfirmare, vel infirmare, eaſdemq; regulas declarare, probatur ex cap. finali de religioſis domibus in.6. & extra eodem titulo. cap. vnico. & ex cap. cùm ad monaſterium de ſtatu monachorum, & ex Clementina, exiui eodem titulo. & ex cap. exijt, de verborũ ſignificatione, & conſtat etiam ex principio, & fine eiuſdem regulæ, ex quibus apertiſſimè colligitur ſeraphico patri noſtro Franciſco fuiſſe ſemper cordi, ſuam regulam & ordinem omnino determinationi, ſubiectioni, & declarationi dictæ ſanctæ ſedis ſubmittere: & hæc fuit cauſa, ob quam præcepit, vt à Domino Papa vnum de ſanctæ eccleſiæ Cardinali

Supra fo. 46. pa. 1.

nalibus peteremus.

¶ Cùm enim Summus Pontifex supremum perfectionis & prælationis gradum obtineat, illi primum incumbit viam ad perfectionem ostendere, atque ita in causis arduis, atque in his quæ ad finem & mores, &c. pertinent, ad illum est recurrendum, & quod ipsa sancta sedes Romana tenet, credit, determinat, & approbat, nos firmiter credere, tenere, approbare & sequi debemus, quod satis superque in multis capitibus iuris canonici cõfirmatum esse legimus, vt in capit. palam. 11. d. cum aliquot sequentibus. & in. c. de quibus. 20. d. & cap. præceptis. 12. d. & in cap. quoties. 24. q. 1. & in cap. maiores, de baptismo.

¶ Hinc omnibus institutis, ordinatis, & concessis per ecclesiam spiritu sancto congregatam, vel per sanctissimum Papam facientem quod in se est, consulendo, scilicet 1. Corrol.

Sup. fol. 49. pa. 2. doctos viros, & pro tribunali ſedendo, & ipſis eſt voluntas ſeraphici Patris noſtri Franciſci maximè conſona: qui quidem voluit, vt Domino Papæ, quemadmodum promiſimus, & pedibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſemper ſubiecti ſimus, cùm ipſius eccleſiæ proprium ſit, vt diximus, regulas viuendi ſanctè ſuſcipere & approbare, & declarare ſeu interpretari, vt cap. excellentiſsimus. 11. quæſt. 2. & de legibus. le. vltima, & extra. de ſententia excom. inter alia. & de iudicijs, cap. cùm veniſſent. & de verborum ſignificatione, cap. exit, apertè declaratur: nam aliter ſentire de poteſtate Papæ & Eccleſiæ, quam Papa cum ipſa ſentit, eſt ſchiſmaticum & hæreticum, eſtque directè eccleſiam deſtruere velle, vt conſtat, 23. quæſt. 2. cap. non vos. & . 24. quæſtio. 1. capit. loquitur, quia ad quem pertinet legis priuilegiorum & regularum datio,

ad

ad cum ſpectat earundem interpretatio & declaratio. Vt conſtat. 1. quæſtio. 1. capit. ex his, & ratione obedientiæ tenemur illis declarationibus non contradicere: nam vt dictum eſt, Eccleſia vniuerſalis (accepta pro concilio ritè congregato, ſiue pro Papa faciente, quod in ſe eſt cum conſilio Cardinalium & Doctorum) cùm ſit ſancta & immaculata, in his quæ ſunt de fide, & quæ pertinent ad mores in ſuis declarationibus errare non poteſt: quoniam Chriſtus orauit & orat pro ea. lege cap. areta. cum ſequentibus. 24. quæſtio. 1. & cap. violatores. 25. quæſtio. 1. & cap. igitur eadem cauſa, quæſtio. 2. & . 11. dict. capit. quis in fine. & 12. dict. capit. 1. & . 2. & d. 22. capit. omnes. & tota. d. 99. & . 25. quæſtio. 1. capit. prima ſalus. & quæſtio. 2. capit. amputato: & huiuſmodi ſunt

Auctor confor. & Aluarus ſuper regulam.

declarationes Nicolai 3.c. exiit, & Clementis.5.in Clementina, exiui, super nostram regulam: nam in cōcilio Vienensi fuit vna ædita & altera in eodem concilio roborata, & per plures alios successores. Vide Cordubensem. q.3.lib.3.de potestate Papæ.

vt in isto fo.49.

2. Corrol. ¶ Hinc in illis declarationibus consistere omnimodam salute & perfectionem regularis vitæ nostræ constat, neque enim per eas perfectioni regulæ, quoquomodo derogatur, & contrarium tenere & affirmare esset error damnabilis, vt Augustinus de Anchona in lib. de potestate Papæ docet.

3. Corrol. In hoc f. 43.pa.2. ¶ Hinc dicenti beatū Patrem Frāciscum in suo testamento reliquisse sine glossa, respondendum est, non per hæc verba prohibuisse glossas & expositiones inquirentes verum sensum, sed glossas impertinentes & extortas, tum etiam

quia

quia verba illa neque habent auctoritatem à regula, neque à sede apostolica, vt patet per Gregoriũ IX. in sua declaratione, & per Nicolaum III. atque ita non cadunt sub præceptis regulæ, neque sunt obligatoria. Tum etiam, quia per illa verba non imponit legem, nec potuit summis Pontificibus, vt nõ valeant regulam declarare & dubia, quæ pro tempore possent oriri super obseruantiam regulæ, interpretari fuit enim subditus pedibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ & illi obedientiam promisit, vt constat ex principio regulæ, neque etiam Honorius IX. qui regulam approbauit, potuit hoc prohibere suis successoribus, quia par in parem non habet imperium, vt constat. c. inferior sedes. l. &. c. innotuit, de electione: etsi prohibuisset sibi ipsi contradixisset, quia in diuersis regulæ locis docet & concedit posse fieri dispensationem circa præcepta regulæ, ad exteriores obseruantias

In isto fo. 23.

In isto £ 41. p2. 1.

c. exiji. artic. 4. in isto fo. 39.

tias corporales pertinentia, non ſolùm per Papam, verumetiam per prælatos ordinis, vt cap. 16. regulæ inſinuauit dicens: ad ſuos miniſtros poſsint recurrere. & cap. 2. de tunicis & calceamentis habendis videbimus.

3. Fundamẽtum.

¶ Regula beati Patris noſtri Franciſci, quemadmodum & Chriſti Euangelium, non eſt in verbis tantùm, ſed in ſenſu, & eccleſiæ interpretatione & conſuetudine accipienda, neque in ſyllabis tantum, aut nominibus, ſed in eius ſignificatione & opere. Hoc enim innuere voluit beatus Pater noſter Franciſcus in principio primi capitis dicens. Regula & vita Fratrũ Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, nempe vt eſt in regula expreſſum. & cap. 2. promittentes vitam iſtam & regulã obſeruare. & cap. 10. ſi viderint ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare

In iſto fo. 24.

uare, &c. Et in fine, paupertatem & sanctum euangelium obseruemus, quibus verbis colligitur euidenter non in syllabis, sed in eiusdem regulæ per literas & syllabas, expressa operatiua obseruantia regulæ formam existere, in qua forma religio Fratrum Minorũ sita est. Non enim vt quis sit Frater minor: sat est habitũ deferre, quia solus habitus non facit monachũ, sed regularis vita. Et confirmatur hoc fundamentum per canonem, Marchion. 1. quæst. 1. vbi ita habetur. Non putemus in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu non in superficie, sed in medula, non in sermonum folijs, sed in radice rationis. Et rursus, fraus fit canoni, vel legi cum salua superficie literæ per adinuentionem aliquam, dolo malo contra mentem eius circumuenitur. & ff. de regibus, lege contra legem, idem habetur. Quare regulæ forma intelligenda est

Diuus Bonauẽtura, q. 20.

non

non ſecundum voces ad ſecũdum ſenſum & effectum.

4. Funda mẽtum.

¶ Inter declarationes ſummorum Pontificum, & Doctorum, & Sanctorum diui Bonauenturæ, & diui Bernardini, nota hoc eſſe diſcrimen, ſcilicet quòd primæ quæ à ſede ſancta emanarunt, ſunt per modum determinationis & diffinitionis: ſecundæ verò ſunt inquiſitiones ſeu ſuum regulæ, & ſecũdò differũt, quia ſummi Pontifices in ſuis declarationibus poſſunt addere & ſententiã atque ſenſum minuere: at verò doctores hoc efficere non poſſunt, & ratio eſt, quia doctores per modum diſputationis inueſtigant ſenſum & intellectum regulæ ſine additione & diminutione.

Auguſtinus de anchona de poteſtate Papæ. Artic.1.

Vide in cõpẽdio, ti. ſtatuta.

5. Funda mẽtum.

¶ Tandem animaduerte, ſummos Pontifices in ſuis declarationibus nõ imponere nouum præceptum: proptereaquòd in eis non eſt aliquod verbum præceptiuum ſignificans,

cans, vt puta, præcipio, mādo, prohibeo, ſed declarando aiunt, definimus, determinamus, volumus, declaramus, quemadmodum eccleſia determinando & declarando decreta fidei non facit propoſitionem catholicam, & de fide, neque eſt. catholica de fide: niſi quia reuelata à Deo, ſicut ſcriptura ſacra non eſt catholica. I. de fide per eccleſiam, ſed ſolum auctentica per eius declarationem & diffinitionem.

Vide cōpendiū tit. ſtatuta & Cordubenſem eodē tit.

¶ Ex his fundamentis colligitur, ꝙ qui ſeruat regulam beati patris noſtri Franciſci, ſicut eſt à ſummis Pōtificibus declarata, verſus eſt tanti patris filius, quoniã viuere ſecundum præfatas declarationes eſt regulæ puritatem ſeruare, quia euangelium Chriſti, & regula noſtra, potius in ſenſu & in vſu quàm in verbis conſtituitur, vt ex primo Corrolario, & ex. 3. fundamento apertiſsimè conuincitur, quibus omni-

4. Corrol.

omnibus positis restat vt regulæ compendium aggrediamur.

Regulæ. Cap. I.

REgula & vita Fratrũ Minorum hæc est, scicet sanctum Euangelium obseruare, &c.

¶ In hoc primo capite beatissimus noster Pater Franciscus ob oculos breui ponit, veluti in prologo quodam omnia quæ in sua regula præcipienda sunt, vt in sequentibus cõclusionibus, quæ scitu necessaria sunt, videbimus.

I. Conclusio.

NOn ex regula tenemur Fratres Minores ad obseruantiam omnium consiliorum sacrosancti euangelij, neq; ad monitiones eiusdẽ regulæ (vt cùm dicit: Moneo, exhortor) seruandas, sed solùm ad præcepta in regula

In isto fo. 25.

decla-

declarata & expressa à summis Pōtificibus, aut ad æquipollentia .i. quæ præcepti vim habent, custodienda. Neque tenemur seruare testamentum Patris nostri Francisci. Hæc cōclusio probatur auctoritate summorum Pontificum, qui regulam exposuerunt. Nam cum sedendo pro tribunali, & sumpto Doctorum omnium consilio, & adhibita quantum in ipsis erat debita diligentia, ita illam declarauerint, proculdubio non potuerunt errare, vt in secundo & tertio fundamento suprà probaui.

Th. 2.2. q. 186. artic. 9.

Sup. fol. 49. pa. 2.

II Conclusio.

FRatres Minores ex vi règulæ tenemur sanctæ sedi Apostolicæ obedire, & illi honorem & reuerentiā debitā præstare & vitam (si opus fuerit) pro eius defensione præ cæteris viris religiosis Christianis, perdere, & colligitur ex hoc prologo, vbi sic ait.

¶ Fr Frācisċus promittit obediētiā

sanctæ

sanctæ Romanę ecclesię, potuitq́; noster pater hoc promittere, & nos in illo tanquàm in nostro primo religionis parēte, quia vt talis hoc promittit Papæ & eius successoribus: vt ex textu constat, & quia patres possunt pro filijs pacisci, & ad fidem obligare, vt Ge. 17. vbi Deus inquit, statuam pactum meum inter me & te, & inter semē tuum post te: atque ita beatus Pater noster Franciscus promittit obedientiam Papæ & successoribus eius canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ, pro se, & pro toto ordine: tum etiam tenemur esse subiecti ecclesiæ, ex illo. c. 12. semper sint subditi & subiecti pedibus sanctę ecclesię Romanę, &c.

Cordubensis, c. 1. q. 4.

3. Conclusio.

FRater minor non tenetur ad perfectionem omnimodam, neque ad vitanda omnia venialia, neque etiam ad inquirenda omnia

omnia media, quæ ad perfectionẽ desiderantur. Conclusio hæc vnica ratione probatur, quia finis pręcepti & regulæ non cadit sub præcepto. Tenetur nihilominus quilibet frater anhelare ad perfectionẽ, & medijs & obligationibus in sua regula contentis, inquirere illam. Esset enim ridiculus, si quis existens in schola perfectionis non laboraret, vt perfectus discipulus euaderet, quare si actu vel virtute proponeret non adquirere maiorem perfectionem, vt dictum est, lethaliter peccaret: quia directè professioni suæ obicem poneret, & illam contemnere videretur. Vt in tract. super dispẽsatione Corrol. I. habetur: & ita intelligendus est Eusebius, Emissenus in homilia. Videte vocationem vestram charissimi, venire ad claustrum aut heremum summæ perfectionis exordiũ est, sed non perfectè in hęremo viuere, summa dãnatio est. i. non anhelando ad perfectionẽ, peccatũ est.

Tho. 2. 2. q. 184. 186. Scotus li. 3. d. 38. Floren. 3. p. tit. 16. c. I. §. I. Cordubẽsis. q. 2. intro. & cap. I. q. 3.

K Cap.

¶ Capit. 2. Regulæ de his qui volunt vitam istam accipere, & quomodo, & qualiter recipi debent. Huius capitis sententia sequentibus conclusionibus declarabitur.

I. Conclusio.

OMnes tenentur idoneos ad religionē, à suo proposito nō reuocare, nec retrahere sine causa rationabili: hæc cōclusio cōfirmatur ex iure diuino & canonico. 19.q.2.c. alienū & sequētibus: & ex vi regulæ: quia vt Pontifices summi declarant omnia quæ posita sunt in hoc.2. c.de recipiendis nouicijs, & ad professionē admittēdis, sub præcepto. 12. equipollente continentur, vt Cordubēsis docet.c.1.q.2. & in isto fo. 52.

Cordub. c.2.q.1.

II. Con-

II. Conclusio.

NOn sunt ad religionem nisi idonei recipiendi. Hæc conclusio probatur, quia hîc dicit beatus Pater Franciscus, diligẽter examinent eos, &c. Et ratio est, quia quodlibet opus debet proportionari operanti. Ideò vt doctor innominatus dicit, hæc vita & regula non debuit aliquibus imponi, neque confirmari propter suam arctissimã perfectionẽ, nisi feruidè requirentibus atque deuotè, patiẽter & instãter, & cum maturitate, quia est maximæ perfectionis & supererogationis. Et ideò Honorius IX. qui regulã ab Innocẽtio III. approbatã, cõfirmauit in cõfirmatione huius regulæ, & vitæ regularis dixit vestris pijs precibus & desiderijs inclinati, quia feruentibus amore Dei, & desiderantibus perfectionem eiusdẽ, & ad eam anhelantibus proportionatur hic status,

In isto fo.42.pagin.1.

DiuusBonauent. q.10. Bernardinus de Areualo. du. 10.

& confirmatur exemplo Dauidis, qui antequàm cum Golia in arenã descenderet, fuit de sua fortitudine & virtute examinatus, atque ita à fortiori debet examinari nouicius, & si non fuerit idoneus, est reijciendus: & constat exemplo
Luc.8. de homine à quo Christus eiecit legionem dæmoniorum, qui videns se à tanto periculo liberatum dixit Christo. Magister vbi habitas? & hoc dixit volens esse vnus ex discipulis Christi, cui respondit Iesus, redi in domum tuam. Quasi dixerit, ibi poteris mihi inseruire, & non in statu apostolico, & ita tenentur prælati sub pœna peccati mortalis, dicere nõ idoneo, fili remandi in domũ tuã, & ibi serua mandata, quia huic statui nostro idoneus non es.

¶ Idoneorum qualitates sequuntur.

¶ Idonei autem dicentur fideles & non omnes, sed qui verè & cum feruenti feruore & proposito dicendi

cendi mundo, & pompis eius longũ vale, & qui cũ proposito obsequium præstandi Deo, & si nõ cum tanto feruore cum maxima confidentia in Deo, & humilitate, volunt habitum recipere: & cupiunt examinari, & vt de illorum viribus periculum fiat. Ita Dauid dixit Goliæ. Ego venio in nomine Domini fidens. ¶ Indispositis autẽ datur religio ista in scandalum, sicut data fuit Michol Dauidi; vt sacra scriptura docet: illis nempe qui præter necessaria ad vsum moderatum & arctum alia desiderant: & ratio est, quia eatenus bonũ est relinquere sua quatenus solicitudinem impediẽtem à diuinis exercitijs tollit. Quare si per mendicitatem aliqui religiosi efficiuntur magis soliciti ad temporalia acquirenda, & impediuntur à diuinis, iã non erit bonum illis, relinquere sua & aliena mendicare, vt infrà in 6. cap. regulæ declarabitur: & status iste (quia perfectissimus) est

1. Regu. 17. & 18.

Angles. q. de mẽdicitate tra. de eleemosynis.

non expedit multis, vt diuus Bonauentura, quæst.10. & expositio sine titulo, vt suprà.

¶ Præterea, ne habeant naturales complexiones, mores, & inclinationes contra regulam. Item ne sint leues, inconstantes ad hæc, nec debitis onerati: nam si hi professionē emittant valida est; peccant tamen & tenentur ad religionē, & ad restitutionē per modos licitos, vsq; ad mutationem habitus: & prælatus tenetur talem licentiam concedere dummodo sit sine scandalo: Vide Angles in.2.parte.florun.q.15.difficultate. 9. & in tabula generali, fol.95.

¶ Ad hæc non debent esse coniugati, hæc conditio habetur in regula, & capit. quia Agato. 27. quæstio.2.

¶ Tum etiam ne eorum parentes sint in extrema necessitate: & si necessitas non fuerit extrema, sed magna, siue ante sumptionem habitus, siue post acciderit, & si prælatus

latus (in magna necessitate existentibus parentibus) nolit tali religioso, vt possit parentibus subuenire, licentiã præbere, tenetur religiosus suo prælato obedire, qui Deo de hac re rationem reddet. Ita tenet Cordubensis hoc in loco, & in suo quæstionario lingua vulgari, quæst. 141. quia iam (inquit) est suis parentibus mortuus, & religioni viuit. Vide Angles. q. de voto. distin. 13. & Bartholomæum de Medina Dominicanum in sua summa mandato. 4. §. 14. & quod in regula sequitur de testamento. condendo ante professionem, vt mittantur ad aliquos Deum timentes, hæc non sunt de præcepto, sed de consilio, quantum ad distribuendum bona pauperibus, & ne videantur fratres nouiciorum bona appetere, & seculares de receptione bonorum in magna quantitate scandilazentur. In isto fol. 53.

¶ Item si petierit nouicius habitũ

professionis, fiat illi protestatio quod certo modo iam est professus tacitus, & in genere ad religionem obligatus, & quòd nullũ ius acquirit in religione ante professionem emissam, quam statim finito anno emittet, iuxta decretum Concilij Triden. de refor. se. 25. c. 15. etsi ante annum fiat professio, erit nulla. Poterit tamẽ post annum (de licentia nouicij, & prouincialis, vel eius vicem gerentis) professio per aliquot dies protrahi. Quando autem fieri debeat donatio a nouicijs, & quomodo vide titul. 20. de donationibus. l. 4 & Concilium Tridment. ses. 25. cap. 16. vide etiam 27. q. 1. c. neque viduas. & 19. q. 2. Et dubitabis vtrum sit necessaria hæc conditio, nempe vt nouicius sit robustus & fortis, ita vt posit nudis pedibus incedere, & non equitare, & habitum ordinis absq; alijs indumentis portare, & alia onera regulæ sustinere, ita vt nullo modo liceat debiles, vel delicatos

ad

ad ordinem recipere? Cui dubitationi respondeo. Promittens regulam, non promittit viginti quatuor vota expressa, sed tria duntaxat, atque etiam seruare regulæ præcepta eo modo quo regula obligat: & quoniam regula non obligat debiles ad illos rigores, bene potest debilis regulam promittere. Cum proposito tamen quòd si aliquando fuerit robustus, seruabit regulam eo modo, quo robustos obligat. Et hæc responsio fuit data à patre Cordubēsi in hac prouincia, quando quidem doctor, infirmus & debilis voluit regulam promittere & promisit, & nec poterat vel adhuc nouicius, hos rigores perpeti, tamen limitāda est respōsio, ne generaliter hoc seruetur, sed circa aliquā personā notabilem vel literis (vt præfatus doctor erat) vel genere & dignitate, vt etiā ex constitutionibus constat: In quibus sunt aliæ conditiones quæ in nouicijs desiderantur. Et reci-

piens ad professionem debet manifestare nouicijs clarè de suo statu & obligatione, vt Bernardinus de Areualo dubio 15. & Exo. 24.

II. Conclusio.

PRomittens regulam nostram sciens, atque intelligens substantialia eiusdem regulæ, simpliciter profitetur, & quamuis nesciat multiplices abusus in communi fratrum consuetudine introductos, ad regulæ obseruantiam, tenetur & probatur, quia ex vi professionis tenetur ad id quod per votum suum intendit. s. quomodolibet implicitè vel explicitè se obligare, vt doctores in. 4. d. 38. docent, & sat est quòd voluntas sit implicita, seu intentio virtualis, quia qui vult principale, vult necessario ei annexa & accessoria, & ibidem necessario inclusa. Vt de regulis iuris in. 6 habetur re. 42. quia regulam & non malam consuetudinem promittimus, lege. c.

cum

cũm delictus, & cap. ex parte quòd metus causa, &c. Et Syluestrum & Cordubensem. cap. 2. quæst. 15. quia qui vouet, intelligitur vouere secundum intentionem instituentis & approbatis, prout ius cõmune declarat, & nota quòd si nouicius promittit regulam secundum consuetudinem bonam, & iustam, conformem declarationibus & dispensationibus regulæ & prælatorũ (quæ sunt intra latitudinem regulę, quę se cum pura obseruantia & substantiali regulæ compatiuntur) quãuis non secundum suum rigorem) talis nouicius non obligatur ad accidentalia, & non obligatoria regulæ, nisi talia reformentur: quoniam tunc si in conuentu, vbi fit reformatio viuere cupit. tenetur reformatę viuere, & cum reformatis cum rigore vitã degere: quia ad vitam regularem pertinet se conformare cum alijs. Nota etiã (ad maiorem explicationẽ eorũ quę dicta sunt, & quę infra sequun-

Beruardinus de Arebalo du. 10.

ſequuntur) votum profeſsionis, præcipuè hæc tria reſpicere, nempe paupertatem, continentiam, ſeu caſtitatem, & obedientiam: Nam alia ad hæc ordinantur.

Th. 2. 2. q. 89. artic. 9.

¶ Nota tertiò, quod, quę in noſtra regula, per modũ monitionis, exortationis vel conſilij ponuntur, nõ obligant ad mortale: dummodo abſit contemptus: ſed ſolum obligant ſub reatu mortalis peccati, quæ per modum præcepti, & quę æquipollent præceptis, & quæ vim præcepti habent, vt ſummi Põtifices Nicolaus III. Clemẽs V. in declarationibus ſupradictis explicauerunt, propterea quòd fratres promittentes regulam aſtringuntur voto ſuæ profeſsionis ad ſuæ regulæ obſeruantiam, & ex conſequenti ad omnia præcepta, quæ in illa continentur, itaque ad præcepta, & admonita, & conſilia ſuo modo, vt diximus, obligantur, lege ſerena cõſcientia quęſt. 2. licet aliarum religionum regulæ non obli-

obligent ſuos religioſos ad mortale, niſi propter contemptum, vt dicit Tho. 2. 2. quæſt. 186. art. 9. cuius verba hæc ſunt, aliorum transgreſsio non obligat ad mortale, niſi propter contemptum regulæ. l. propter præceptum ſiue oretenus à prȩlato ſiue in regula expreſſum.

III. Concluſio.

Cordu. q. 22. c. 2.

EX vi regulæ tenemur vnã tunicam cum caputio manifeſtè portare, qui habitus exterior nominatur, & bracas & cordã. Hȩc concluſio ad literã habetur in regula: & ita eſt obſeruãda & intelligenda. Cõceditur tamẽ nobis vſus alterius tunicæ exemplo Chriſti Ieſu, qui habuit vnã tunicã inconſutilem, & aliam, ſuper quã milites miſerũt ſortes. Et nota, quòd quãuis iuxta regulæ rigorẽ non poſsimus vti pluribus indumentis & tunicis: tamen (ſecundum quatuor magiſtros, ex diſpenſatione ipſius regulæ ſecundum tempora & frigidas regiones,

Nõ poſſumus deferre ſubuculas thoraces pannoslineos, vt c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorũ

regiones, cum licentia prælatorũ, pensatis necessitatibus & alijs circunstantijs circũspectis) poterimus, quando eis videbitur, pluribus vti tunicis. & cap. 4. præcipit quòd ministri & custodes curam infirmorum & induendorum, solicitã gerant, & sententia diui Bernardini in sua epistola, artic. 7. est, quòd in rebus dubijs subditi tenentur sequi suorum prælatorum iudicium, quemadmodum & in arduis, iudicio & determinationi sũmorum pontificum, tenemur obedire, vt habetur. 23. quæst. 1. quid culpatur, &c. exempli gratia, si dubium sit, quibus cibis vtendum, quibus pannis & quo colore & qua forma, habitus constare debent, in ijs inquam & similibus, de quibus certa regula tradi non potest propter temporum & locorũ diuersitatem, tunc prælati tenentur declarare & dispensare, sicut necessitati viderint expedire, & illis tenentur subditi obedire, aliter

In isto fo. 39.

enim

enim iuxta illud euangelij, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, rei iudicabuntur.

¶ Lege diuum Bonauenturam in sua apologia. c. 2. vbi hæc eadem latius docet, & adduci potest in suam confirmationem, regula iuris in. 6. inspicimus in obscuris, quod verisimilius est, & quod plerumque fieri consueuit, &c. Et capitulo non debet. Extra de consangui. & affi. nam ecclesia sancta & catholica plerumque nonnulla rationabiliter præcipit, quæ suadente subditorum vtilitate, postmodum consultius & rationabilius, in melius commutat, vt constat in cap. alma mater, de sententia excommun. in. 6. quare si vniuersalis mater ecclesia hoc plerunque agit, mirum videri non debet si eius filij (vtpote) minorum religio, inspecta necessitate vtilitate & charitate, hoc idem faciat: vt diuus Bernardus lib. de præcepto & dispensatione tradit. Præsertim

cum

cùm huic rei sacræ scripturæ aucto-
ritas suffragetur. Lege caput, quia
sancta Romana. d. 63. §. verum.
4. Re. 18. vbi ponitur exemplum Ezechiæ,
2. paral. qui serpentem æneum, iussu Dei à
29. Moyse confectum destruxit, quia
populus iam serpente æneo abu-
tebatur idolatrando, cuius aspe-
ctu à morte serpentina in deserto
liberabatur. Atque ita à simili, mul
ta fuerunt in ordinis institutione
proposita, quæ temporis discursu
propter fratrum augmentum & in-
firmitatem, & temporum & loco-
rum varietatem, fuerunt aliter dis-
posita & ordinata. Vnde summi
Pontifices, multa, sicut communi
bono illis videbatur expedire, pro-
uiderunt, vel per seipsos declaran-
do, vel prælatis ordinis committē-
do, vt V. G. vsus carnium in re-
gula non est prohibitus, licèt non
deceat nisi moderatus & discretus:
quod quidem & alia id genus, præ-
latorum iudicio relinquuntur, qui
soliciti esse debent, vt modis lici-
tis

tis & honestis fratribus necessaria ministrentur, ita vt à recta & stricta paupertate non recedatur. Ita docet beatus Bernardinus in sua epistola, artic. 5. & est diffinitum in Concilio Tridentino sessione. 25. de reformatione. c. 2.

¶ Præterea prælati possunt committere curam induendi fratres, guardianis & guardiani alijs, quoniam guardianis iam est annexa cura induendi fratres secundum loca & tempora, & dispensandi vt subditi plures tunicas (iuxta diuersitatem temporum & locorũ) possint habere, vt constat ex literis officij guardianatus, debet tamẽ esse iusta & rationabilis causa ex parte dispensati, nempe necessitas aliqua corporalis vel spiritualis, particularis vel cõmunis presẽs, vel imminens, verbi gratia, quãdo persona aliqua vel communitas sine dispendio salutis corporalis, vel spiritualis, vel boni communis, si-

Fol. 40.

Fol. 39. & 54. pa. 2.

ne dispensatione, cōmodè non possunt transire, vel quando imminere scandalum, vt colligitur apertè ex cap. necessaria. 1. q. 7. & ex cap. fraternitatis tuæ. d. 34. & in ijs standum est iudicio prælati dispensatis, facta tamen ei vera necessitatis relatione: nam tunc præsumendum est in foro conscientiæ & ecclesiæ, causam & dispensationem esse iustam, nisi manifestè de opposito (siue de indiscretione vel in aduertentia, seu ignorantia, vel incuria, vel malitia, vel coactione dispensantis) constat, vt colligitur ex capit. 2. Estote misericordes, de regulis iuris. Extra, & pro maiori explicatione eorum quæ diximus sit.

Cordubensis. c. 10. q. 4.

IIII. Conclusio.

PApa in tota regula existente causa rationabili (dummodo non sit in præiudicium tertij) dispensare potest, & vt professus

ad

ad laxiorem religionem transeat, & habetur. 25. quæst. 1. c. Ideò permittente, &c. Vide defensorium in. 3. notabili, & tract. inter zelatorem, & quòd Papa censeatur habere omnia iura in scrinio pectoris sui, vide extra de constitutionibus, cap. 1. lib. 6. & Tho. 2. 2. quæst. 184. artic. 7. & Ioannem Perinum Doctorem Parisiensem, tractatu super dispensatione regulæ. fo. 157. & Cordubensem, capit. 2. quæst. 17. & cap. 10. quæstio. 4. super regulā, & pro maiori explicatione sit conclusio.

V. Conclusio.

PRælati nostri ordinis non possunt dispensare generaliter in omnibus, quæ in nostra regula continentur, ad cuius conclusionis explicationem, nota tria esse genera eorum, quæ in nostra regula cōtinētur, primi generis sunt præcepta, quæ vel sunt inhibitoria seu eminentia, vel æquipollētia

vel vim præcepti habentia, & eminentia sunt octo quæ sequuntur.

1. ¶ Primum nullo modo licet eis de ista religione exire. c.2.
2. ¶ Et nullo modo denarios vel pecunias recipiant. c.4.
3. ¶ Ne quid sibi approprient neque in communi. c.6.
4. ¶ Ne ingrediantur monasteria monacharum. c.11.
5. ¶ Vt obediãt suis ministris in omnibus, &c. c.10.
6. ¶ Ne habeant suspecta consortia vel consilia. c.11.
7. ¶ Ne sint compatres virorum vel mulierum. c.10.
8. ¶ Quòd ministri petant vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus (qui sit protector ordinis) vt cap.12. & in omnibus supradictis solus Papa potest dispensare iusta & rationabili causa existente: vt constat ex supra allegatis.

Consi-

¶ *Consilia æquipollentia præceptis per declarationem summorum pontificum, sequũtur.*

¶ Ne fratres habeant plures tunicas quàm vnam sine caputio, & aliam cum caputio. vt.c.2. 1.

¶ Vt fratres vestimẽtis vilibus induantur.vt.c.2. 2.

¶ Ne posśint portare calceamenta.vt.c.2. 3.

¶ Vt clerici faciant diuinum officium.vt. c.3. 4.

¶ Vt ieiunent à festo Omniũ Sanctorum,& ferijs sextis. c. 3. 5.

¶ Quod non debeant equitare nisi manifesta necesśitate.c.3. 6.

¶ Vt ministri solicitam curam gerant pro infirmis curandis, & fratribus induendis,& pro similibus necesśitatibus.c.4. 7.

¶ Vt si quis fratrum infirmatur, alij fratres debent illi seruire. cap. 6. 8.

9. ¶ Ne prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi contra eiusdem Episcopi voluntatem, vt cap.9.

10. ¶ Nullus frater prædicet nisi examinatus & approbatus. c.9.

11. ¶ Quòd vbicũque sunt fratres qui scirent se non posse regulam spiritualiter obseruare, debeant recurrere ad ministros. vt.c.10.

¶ Duodecimũ præceptũ cõplectitur omnia quæ posita sunt in.c. 2. de recipiendis nouicijs, & eorum professione, & in omnibus istis supradictis possunt prælati nostri dispensare, præterquàm in octauo & in decimo, vt patet ex supra allegatis, & ex concessione Pij secundi in supplemẽto fff.100. &.fff. 23. concess.66.in cõpen.ti.cõmutare.

¶ *Sequuntur habentia vim præcepti.*

1. PRimũ si qui fratrũ instigante inimico mortaliter peccauerit ꝑ illis, de quibus ordinatũ fuerit, &c. Teneãtur recurrere.c.7.

¶ Vt

¶ Vt vniuersi fratres teneātur habere generalem ministrum. c.8. 1.

¶ Quòd ministri si viderint generalem non esse sufficientem, debeant deponere. c.8. 2.

¶ Quòd prouinciales tenēatur ire ad capitulū generale. vt in. c.8. 3.

Et prælati nostri possunt dispensare in primo præcepto huius classis, & in vltimo, vt patet ex supradictis, præcipuè ex concessione Pij II. Et nota ꝙ quādo Pius II. concedit prælatis, vt possint in his quæ non sunt contra regulam, est intelligendum hoc, dummodo non sit contra substantialia obligatoria, cuiusmodi est recipere triticum ad vendendum, sed recipere triticum vel agnos pro induendis & curandis fratribus, vbi non est alius modus habendi, per Sindicum nomine Papæ vel nomine dantis, non est hoc contra præceptum de non recipiendo pecuniam per se, vel per interpositā person. licet aliquo modo fortassis sit cōtr.

aliquam circunstantiam, seu conditionem, vel modificationem, ad plenam obseruantiam illius præcepti, requisitā, & ita non fit omnino contra seu extra totam latitudinem regulæ, & illius præcepti de non recipiendo pecuniam (quamuis aliquo modo fieri videatur) quia non est nisi solicitam curā gerere per amicos. Perinde equitare, portare calceamenta existenti aliquali necessitate, quamuis non vrgente, nō est omnino extra totam latitudinem regulæ, & contra eius substantiam, sed contra aliquam circunstantiam vel conditionem requisitam ad plenam obseruantiam regulæ, & talis præcepti requirentis manifestam & vrgentem necessitatem, vel infirmitatem, vt quis posit licitè calciari & equitare. Et in ijs quæ non sunt omnino contra regulam, vt constat de pręceptis suprà allegatis, concedit Papa (etiam cum pura & essentiali obseruantia regulæ) vt prælati pos sint

Vt supra fo.31. p.1.

Cordubens. in suo compendio titu.cōmutat.e.

Cordubēs. c. 10. q. 4.

ſint relaxare & diſpenſare ex aliquali cauſa. Et talis cauſa, quæ alias eſſet inſufficiens ſine diſpenſatione prędicta, iam fit ſufficiens ad hoc quòd quis faciat prædicta contra talia obligatoria. Et ſic faciens non dicitur facere contra regulam & obſeruantiam eius verã, puram, & ſubſtantialem. Et nota quòd licèt ſint viginti ſeptem præcepta regulæ, reducuntur tamẽ ad 24. quia illud fratres teneantur obedire fratri Franciſco, & ſucceſſoribus eius, eſt ſub illo. capit. 10. obediãt ſuis miniſtris, & illud de ieiunio ſextæ feriæ, iam poſitum eſt in æquipollentibus in præcepto quinto, & illud de non eundo inter Sarracenos & alios infideles, ſine licentia, potius videtur præceptum iuris communis quam regulæ noſtræ. Vide Cordubenſem, cap. 1. quæſt. 2. de hoc.

Infr. c. 4. concluſio. 7.

Cordu. c. 10. q. 4.

¶ Sequitur in regula, & qui neceſſitate coguntur; poſsint portare

calceamenta, &c. Vnde colligitur posse prælatos dispensare ex rationabili causa, vt ratione itineris officij & debilitatis personæ & ratione tēporis. Quod quidem colligitur ex ipsamet regula, vt Nico. 3. §. licet autē, declarat & quatuor magistri, capit. 2. dicunt, habere duas tunicas, & non plures esse regulæ formæ plures habere dispensationis regulæ, auctoritate illorū, quibus commissa est cura fratrum, & infra eodem cap. & fo. calceamentum propriè dici non potest, nisi quod operit pedes & calciari dispensationis est regulæ in necessitate, non calciari verò regularis est forma. Hæc ibi.

Serena conscientia. q. 54.

Et quando non constat de intentione regulæ, sed quòd omnino velit obligare indispensabiliter, tunc prælati ex vi non regulæ, sed ex concessione Pij secundi, poterunt dispēsare. Et sub nomine prælatorum intelliguntur Guardiani.

Sed

Sed prædicta necessitas ad dispensandum non consistit in puncto indiuisibili, & licet vna necessitas sit maior & magis cogens quam alia: vtraque tamen dici potest sufficiens & cogens necessitas. Et in his standum est iudicio prælatorum: quia melius est beneficium regulæ cum humilitate suscipere (maximè si auctoritas & præceptum prælati interueniat) qui potest pręcipere, in quibus potest dispensare, si mouetur ad id præcipiendum aliqua rationabili causa, propter aliquem bonum finem) quam periculum ex superstitione incurrere, vt cap. 10. videbimus. Et nota q sandalia possunt deferri sine dispensatione & sine licentia, quia non sunt calceamenta, vt dicunt quatuor magistri, vbi supra, & speculum fratrum, fol. 37. in quæstio. quæ incipit, quomodo fratres possunt vti pluribus tunicis, &c.

Non possumus deferre calceamenta sine necessitate cuidenti.

Sequitur

¶ Sequitur in regula, fratres omnes vestimentis vilibus induantur.

In hoc folio.54.

VIlibus, scilicet secundum iudicium prælatorum, vt Clemens.5. & vilitas ista est pẽsanda iuxta declarationem dicti Clementis, quoad colorem & pręṭium, quæ etiam est sententia communis omnium expositorũ, attenta consuetudine & cõditione prouinciæ, in qua sunt fratres. Nam in vna prouincia reputatur pręṭiosa, quæ in alia vilis vestis habetur. Et ex vi regulæ non obligamur indui vilissimis, sed vilibus. Et cùm vilitas habeat suos gradus, non debent vestes esse adeò prætiosæ, vt fratres curiosi iudicentur & vani. (Quemadmodum serena conscientia.q. 37. docet) nec adeò viles & asperæ, vt eas videntes ad terrorem atque derisum & vilipendium indu-

inducantur, vt Martinus V. in ſuis conſtitutionibus. & Hugo, cap. 2. & Cardinalis Zabarella in prædi-ℓta Clementina, exiui. art. 4. §. vtilitas, docent, dicẽtes, magis curandam eſſe panni honeſtatem. Nec ſunt audiendi aſſerentes prętioſas & ſubtiles veſtes eſſe durabiliores: & ideô magis paupertati conformes. Propterea quòd vtilitas panni non eſt conſideranda, niſi quoad prętium & colorem. Et cùm non omnibus contingat medium virtutis capere, ſed prudentibus, nec peccetur per exceſſum vel defectum, in his & alijs huiuſmodi, & vt cõtentiones ſchiſmata & ſcrupuli circa prædicta è medio tollantur, Clemens. 5. commiſit hæc iudicio prælatorum, oneratis eorum cõſcientijs, & tales veſtes erunt ſecundum regulam, ſi à prælatis iudicentur & concedantur, licèt ſint alię ijs viliores (quæ vt ſuprà diximus vilitas non conſiſtit in puncto indiuiſibili) dũmodo ab omnibus

Angelica ſumma. de ornatu. 9. 5. & 7. excõmunica. 27. Et cõformitates fratrum. 16.

mani-

manifeſtè prętioſæ (in prętio & co lore) non iudicentur, quia tunc non eſt eorum iudicio ſtandum: quia prælatis ſolum conceditur vt de vilitate declarent & determinent, ita tamē vt à medio notabiliter non deuient. Quòd ſi dubiũ ſit an ſint viles, ſtandum eſt tunc prælatorum iudicio, vt in omnibus alijs dubijs, quemadmodum Clemens.5.& Ioannes.22. in ſua declaratione, tracta.3.tradunt. Qui etiam (quantũ ad longitudinem, latitudinem, & formam, & figurã, & cætera accidentia expectantia ad habitum) dicunt ſubditos; obediendo ſuorum prælatorum iudicio, in his non eſſe regulę trãſgreſſores, imò reſiſtentes, eſſe inobedientes, & incurrere graues pœnas & cenſuras. Et Benedictus. 12. in Bulla, Redemptor noſter. fol. 10. promulgat ſententiam ex communicationis ipſo facto, in fratres pertinaciter portantes vel affirmantes alias diſsimiles veſtes ab illis

quæ

quæ per prælatos, quoad prędicta fuerunt determinatæ, si infra quindecim dies, postquã fuerint per ministros requisiti, non destiterint à præfatis: iam autem habētur in statutis & in consuetudine antiqua, de forma & de colore habitus.

¶ *Sequitur in regula, & possint ea repetiare de saccis, &c.*

HAec est libertas & concessio regulæ: & ideò singulas annumeremus oportet. 1.

¶ Prima libertas possint repetiare vestes de saccis. &c. cap. 2. 2.

Sanctam verò quadragesimã ab Epiphania. &c. c. 3.

Tempore verò manifestæ necessitatis non teneantur ieiunio. c. 3. 3.

De omnibus cibis qui apponũtur eis liceat manducare. c. 8. 4.

Ministri si voluerint, possint conuocare capitulum. c. 8. 5.

Vo-

¶ Volentes ire inter Sarracenos & alios infideles. &c. c.12.

¶ Posſint recurrere ad quęrendam puram & perfectam obſeruãtiam regulæ ſecundum ſuum rigorem, vt capit.10, videbimus. Dicitur ergo, poſsint repetiare. Ne per hoc intelligas quod concedit libertatem, vt duplices tunicas ſibi inuicem vnitas in modum diploydis poſsint portare fratres: quoniam ſi ita intelligeretur, non video cur ſit neceſſaria diſpenſattio prælatorum ad plures tunicas ſimplices portandas, cùm poſsint plures vnitas deferre (& fortè indecentius & ſordidius) vt Nicolaus III. Clemens V. hoc liberum concedunt ex licentia prælatorum. Ideò repetiare, id eſt reſarcire. Quia ſi contingat lacerari tunicam non ſtatim eſt noua procuranda, ſed ipſa antiqua repetiari debet, de ſaccis & alijs petijs, vt diuus pater noſter Franciſcus faciebat. Et licet contra honeſtatem, & reuerentiam alia

In hoc fo.54. & 39.

aliarum religionũ videatur, non temen in nostra religione (vbi abundat paupertas, vilitas, & abiectio vestium) est contra honestatem. Et diuus Bonauentura, & Hugo declarant, possint repetiare, id est, nisi per superiores aliud ordinetur. Et ideò ne omnibus liberum esse videatur repetiare, vel non repetiare vestes, deberent fieri statuta, vt colligitur ex dictis doctoribus, cùm hoc ad prælatos pertineat, vt conformitas & pax inter omnes obseruetur: omnia enim debent fieri sine præiudicio obedientiæ & regularis vitæ, quæ dictam conformitatem & pacem postulant.

Cap. III. Clerici faciant diuinum officium, & ieiunent, &c.

¶ Professi omnes tenētur ex vi regulæ ieiunare à festo omnium San

ctorum vsque ad Natiuitatem domini, & omnibus sextis feriis. Et patet ex declaratione Pontificum, & ad hoc obligantur (etsi non attingant. 20. annum) ex voto speciali (quamuis iure communi non teneantur ad vlla ieiunia tenētur (licet Medina Dominicanus in sua summa, fo. 100. mandato. 3. §. 10. contrariū teneat, quia altringūtur voto suæ professionis ad obseruantiam suæ regulæ: & sic ad omnia præcepta, contenta in ea. Vide Angles in floribꝰ. 4. in quęstione, qui teneantur ieiunare.

Suprà folio. 55.

¶ Et hoc præceptum intelligitur exclusiuè ita, scilicet quòd ipso die Omnium Sanctorū, & die Natiuitatis Domini non sit ieiunandum, nisi veniat in. 6. feria: quia ex voto nostro tali die (quamuis alij Christiani comedant carnes) ieiunare tenemur. Et hæc est communis sententia Hugonis capit. 3. & Syluestri titu. ieiuniū, quęst. 10.

titul.

titul.votum. Et de obseruatione ieiunij. capit. finali, & ex vi regulæ tenemur ad vigilias, & ad quadragesimam saltem non deobligamur. Et Clementina capit.exiui. & Nicolaus III. docent.

¶ Sequitur in regula, aliam verò quadragesimam. &c.

NON debet prohiberi tale ieiunium, nisi ex aliqua causa sufficienti, & nolenti ieiunare potest imponi tale ieiuniū ex aliqua causa vel culpa. Et an causa sit sufficiēs ad imponendum vel prohibendum tale ieiunium alicui, prælatorum & non subditorum est iudicare. Ideò periculosum est subditis in his propriam sententiam & sensum tenere, vel pertinaciter sequi, contra prohibitiones, vel præcepta

ſuperiorum. Vt Hugo capit. 3. & in iſto opere, cap.16. videbimus, quando prælati poſsint præcipere contra conceſsiones regulæ. Nunc autem notare oportet poſſe hoc ieiunium veſcendo carnibus fieri, quia gratuitum eſt.

¶ *Non debent equitare niſi manifeſta neceſsitate, &c.*

EQuitare eſt vti vectione animalis ſeu currus. In hoc concordant quatuor Magiſtri, & Bonauentura cap. 3. & Martinus V. vide tabulam generalem. fo. 99. ex cap. generali Burdegalenſi, vbi ſic ait: Nullus prouinciali miniſtro inferior, ſub pœna priuationis actuum legitimorũ audeat equitare, niſi prius manifeſtat neceſsitatẽ ſuam, vel miniſtro, vel guardiano vna cum diſcretis, quod ſi fuerit Guardianus eam miniſtro, vel diſcretis manifeſtet, cui nullatenus li-

cen-

centia concedatur, nisi per ministrum generalem, vel à capitulo prouinciali, & præfata licentia pro non concessa habeatur, nisi in scriptis ostendatur. Et quando talis necessitas vel infirmitas, manifesta est possint equitare sine vlla dispensatione in foro conscientiæ. Quæ necessitas ad equitandũ non est semper strictissima, sed habet suam latitudinem, vt conclusione 4. de calceamentis. cap. 2. & conclusione. 5. notauimus. Et necessitas præfata attendi debet ratione itineris, quia prolixum est, vel impeditum aquis luto niuibus, vel ratione conuenientis seu opportuni vrgentisve negocij: ita ꝙ commodè differri non possit, nisi equitando, vel per eum qui equitando potest illud expedire: aut ratione infirmitatis vel debilitatis personæ, quæ non potest sine magno detrimento pedester ambulare, vt Bonauẽtura cap. 3. & nota quòd qui se ponit in tali necessitate sine cau

ſa rationabili, tunc ipſa neceſsitas erit voluntaria, dum cauſa eius non eſt expediens, ſed voluntaria, Ideô expoſitores ſancti dicunt, quòd cauſas pro quibus poſſemus equitare: debemus vitare, ſicut ſunt vagi curſus non expedientes, litigia in quibus aliqui culpabiliter & ſcandaloſè viuunt. Et nota diſiunctiuam niſi manifeſta neceſsitate vel infirmitate, &c.

¶ *Sequitur in regula, conſulo verô moneo, vt quando vadunt per mundum.*

ADmonitiones regulæ oportet annumerare & notare, quæ ſunt decem.

1. ¶ Prima eſt, vadant manſueti & humiles, & non litigent, neque contendant, ſed ſicut agni mites inter lupos non ſe defendentes, ſed dantes locum iræ, capit. 3.

2. ¶ In quamcunque domum intra-

¶ Caput IIII.

¶ *Præcipio firmiter vt nullo modo denarios vel pecunias recipiant, &c.*

ADexplicandam ſententiam huius capitis iacienda ſunt duo fundamenta.

¶ Primum Fundamentum.

¶ Nomine denarij propriè intelligitur ipſa moneta ex quocunque metallo ſeu materia facta, patet ex Clementina, cxiiii. ar. 6. §. porro. & in hoc volumine, fol. 55.

Secundum Fundamentum.

Vt fo. 64. ¶ Per pecuniã intelligitur omnis res quæ procuratur & recipitur eo animo, vt illa cõmutetur. Vt ſi recipiatur triticũ, vinũ, lana, vt per hęc aliud habeatur. Nõ tamẽ hæc intelligerentur nomine pecuniæ, ſi, vt fratres induerentur ex lana, peterent lanã ad commutandũ pro pãnis.

Prima Concluſio.

¶ Propriè dicuntur recipere dena rios

rios per se, qui proprijs manibus contrectant ad conuertendum in proprios vel alienos vsus, & per interpositam personam, qui per famulum positum suo nomine, recipiunt: & quando famulus dat vel expendit nomine fratris, & quando frater sicut dominus pecuniæ præcipit dicens: Eme hoc vel illud, & rationem expensarum ab illo petit: vt speculum fratrum. fol. 46. & Bonauentu. quæstio. 25. & hæc conclusio patet ex declaratione summorum Pontificum. Et ratio est, quia fratres non possunt circa famulum recipientem expendentem nomine dantis, plusquam circa erogantes & dantes, à quibus rationem exigere non possunt. Vnde Dominus Papa Gregorius IX. vir vtique tã in diuino quã humano iure peritus, qui mentẽ beati Francisci plenius nouerat, sic diffinit: Si rem sibi necessariam vellent fratres emere, vel solutionem facere pro iam empta, possunt nun-

Fo. 56. & 55.

cium eius, à quo res emittitur, vel aliquem aliū, volentibus sibi eleemosynam facere, præsentare, qui taliter præsentatus non est eorum amicus, sed illius potius, cuius mandato solutionem facit, seu recipientis eandem qui & eleemosynam commissam potest, sicut & dominus apud spiritualem vel familiarem fratrum amicum deponere per ipsum loco & tempore, pro eorū necessitatibus, sicut expedire viderit dispēsandam. Hæc sunt verba Gregorij & Nicolai III. Innocētij IIII. & diui Bonauenturæ, qui ad Magistrū innominatū (dicētem: dominus rei temporalis pecuniæ, vel denariorum simpliciter & absolutè dare intendit fratribus ipsam, reijciendo à se dominium) respondet. Nemo sanæ mētis dare intendit fratribus, nisi prout competit regulæ & professioni eorū, quis enim daret eleemosynā, vt eos faceret perdere vitam æternā? Dat ergo eis eo modo quo

Bene possumus dicere, hic dedit nobis talia necessaria pro tāto prætio petimus, vt amore Dei velis ei satisfacere.

fra-

fratribus expedit. s. cōmittendo alicui qui per se eā dispenset in his rebus quas fratribus licet accipere & sic pecunia illa per quorumcunque manus transeat, nullo modo spectat ad fratres, quia semper est primi domini. Et dictus Gregorius requisitus à fratribus, dixit verba suprà allegata. Et hoc significat diuus pater noster Franciscus, quādo addidit. Pro necessitatibus verò infirmorū, & alijs fratribus induēdis per amicos spirituales (idest dātes denarios vel per nūcios ipsorum) ministri & custodes, & iam guardiani ex cōmissione, solicitam curā gerāt, cessantib⁹ eleemosynis oblatis liberè vel ex humili mendicatione acquisitis, vel de pretio laboris honesti. Ideò Nicolaus III. & Clemēs V. dicūt sēper, attēdere debent, q̄ nō est recurrendū ad amicos spirituales, nisi pro necessitatibus ijs de induēdis fratribus, & curādis infirmis, & his similib⁹ & in ijs duabus diu⁹ pater noster Frācis cus

Quid est solicitā curā gerere.

Fo. 40. & fo. 81.

Fo. 54. & 55.

& Pa-

& Papa intelligit alias maiores, & æquales. ſ. quas neque humili mendicatione, nec liberali oblatione, nec laboricio conuenienter & ſine diſtractione, & impedimento maioris boni habere poſſunt. Hoc etiam tenet Cardinalis Zabarella ſuper illa verba Clementis: attendant fratres quôd pro nullis cauſis alijs quam prædictis, vel ſimilibus, id eſt, neceſſarijs, non voluntarijs. Et illæ cauſæ prædictæ quas Nicolaus III. expreſsit, ſunt cauſæ generales, & videntur generaliter omnes neceſsitates comprehendere. Tum quia quædam ſunt eis neceſſaria, quæ non præcisè cõcernunt eas cauſas præmiſſas immediatè. Ideò hæc adiecit Papa, ꝙ etiam eis liceat pro cauſis ſimilibus vt dum tranſeunt de loco ad locũ ex cauſa ordinis, & non permittũtur in certo loco tranſire niſi ſoluant pedagium: licitum eſt eis acquirere eleemoſynam, vnde ſoluant ne impediantur. Hæc Cardinalis

nalis, vbi ſupra. Vnde Dominus Clemens in dicta Clementina dicit: ideoque piè & rationabiliter cõſiderata neceſsitate vitæ, ad alias neceſsitates fratrum pro tempore occurrentes (ceſſantibus eleemoſynis) ſępè dictus prædeceſſor duxerit extendendum. Similiter enim æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere videtur, vt dicit gloſſa in cap. cũ dilecta de confirmatione vtili. Dictum eſt ſuprà, quòd cõtra ea quæ ſunt de dictamine iuris naturalis, nulla regula vel lex ligare poteſt: ergo non ſolum pro illis neceſsitatibus, ſed pro alijs ſibi expreſſis, vel ſubintellectis ſecundum præfatas declarationes poſſunt indubitanter fratres ad amicos ſpirituales recurrere. Neque regula prohibet, quin fratres quęrant vitæ neceſſaria ſecundum tempora, & loca, & perſonas, & alias circunſtantias occurrentes (ſecundum iudicium prælatorum) & ſub iſtis de infirmis

Ca. exiiį, pro neceſſitatibus veris determinatis, vt in iſto. f. 33.

In euitabilibus præſenti bus vel imminẽtibus.

mis & veſtibus, intelliguntur aliæ: nam ius commune appellatione alimentorum & veſtimentorũ comprehendit lectum habitationem & ea omnia, ſine quibus homo viuere commodè non poteſt, habentes inquit Apoſtolus, alimenta, & quibus tegamur, gloſ. habentes non

1. Tho. 6.

quantum ad proprietatem dominij, ſed facultatem vtendi, quia vt perſonæ particulares apoſtoli, non

Cordu. lib. 4. q. 3. ad. 5.

habebant niſi vſum, & ſub iſtis neceſsitatibus alias intelligit. & pro omnibus iſtis prælati ſolicitam curam gerant, vt fratres prouideãtur neceſſarijs, licitis tamen modis &

Clemẽt. c. exiui. §. denique. fo. 59.

honeſtis, non præcipiendo famulo dantis vel Sindico Papæ, tanquàm famulo proprio, ſicut domini pecuniæ: quia cauere debent fratres ne verbo vel ſcripto ſignificent ſe habere dominium vel vſum circa pecuniam: cùm etiam vſus, & tactus propter periculum & ſcandalum, ſit nobis interdictus & excommunicatus. Patent hæc

omnia ex declaratione pontificũ. Sed fratres solum possunt rogare famulum dãtis & Sindicũ, vt in eorũ necessitatibus expendant pecuniam vel denarios secundũ intentionẽ & voluntatem Papæ vel dãtis, quia talis pecunia quousq; consumatur semper est dantis & potest eam reuocare & petere. Vnde si quis cum dicta pecunia aufugiat non licebit fratri petere illam in iudicio, sed solum indicare domino, vt suam pecuniã recuperet, & pro maiori declaratione sit.

II. Conclusio.

FRatres non possunt directè vel indirectè in iudicio agere pro denarijs, neque pro re eis legata, vel pro ea, cuius iam vsum habent: iudices tamen seculares & ecclesiastici ex vi officij possunt compellere hæredem ad soluendũ legata. Poterũt tamẽ fratres etiam seruata puritate regulæ certiorem facere iudicem ordinarium Supra fo. 37. pa. 2. de in-

de iniuria quæ fit defuncto vel danti, vt serena conscientia tenet quęstio vltima, & possumus fratres sic denunciare extra iudicium, vt iudices procedant vt voluerint, dum modo non sit pro pecunia legata, nēpe pecunia numerata. Quia si talis est, debent seruari modificationes & cautelæ, quæ in pecunia non legata, certiorē faciendo dominum vt suam pecuniam recuperet. Sed si volumus vti Sindico, ipse bene potest petere in iudicio pecunias legatas, vt infrà videbimus conclusione. 5. & .6.

III. Conclusio.

Nicolaus c. exiui. § cæterum fo. 31. & c. exiui. §. porro, & Ma.

NON licet seculares petere denarios pro fratribus, quãuis sua deuotione petant, nisi pro induendis fratribus, vel intuitu grauis necessitas, atque hoc non nomine fratrum, & sine scandalo debet fieri, quam necessitatē diligenter examinent prælati & discre-

discreti conuentus, quia si non est grauis necessitas, vel si nomine fratrum secularis petit pecunias, vel si fratres petunt, vel si solicitam curam gerunt per amicos spirituales, & non seruando modificationes & cautelas, non excusantur fratres à peccato dicentes se bona fide, & intentione, gerere talē curam, quia supradictæ conditiones & modificationes sunt semper seruandæ ad perfectam obseruantiam regulæ sicut à Pontificibus asignātur & pro necessitatibus veris vt cap. exiui. §. porro. f. 55.

tinus. 5. dicit iubentem & obedientem peccare mortaliter,

De Bursario in via.

IIII Conclusio.

QVando fratres ad capitulū generale se conferunt vel aliud iter maxime conducens arripiunt: sciuntq; eleemosynam ostiatim petendo non esse inueniendam: neque est illis locus & tempus ad illam petendam, poterunt secum adferre famulū sin-

dici vel dantis qui eius nomine afferat secum pecuniam ad victum necessarium tribuendum seu ministrandum, vt docet serena conscientia. fol. 35. quest. de bursarijs quando est necessitas ineuitabilis ducendi bursarium, &c. Hac tamen lege & conditione vt neque verbo, neque signo, neque opere, significent se talis pecuniæ habere dominium & à corde omnino talem conceptum expellant cum re vera non sint domini. Ceterum quoniam hac in re est maxima difficultas, & periculum non debent fieri tales dictæ nisi graui necessitate vrgente, & quando diuus Bernardinus dicit esse proprietarium qui defert secum bursarium: non absolute & sine limitatione illud affirmat, sed quando defert propria fratris auctoritate, vide ta bulam generalē. fol. 96. vbi sic ait. Ne quis secum bursarium ducat sub pœna priuationis officiorum, ordinis & actuum legitimorum & vide

Nō possumus ducere Bursarium nisi ex vera obedientia nimis necessaria.

vide Cordubensem quæstio. 13. & Bernardinum de Arebalo, dubio. 10.

V. Conclusio.

SI fratres nolunt rem legatam vel oblatam neque est necessitas cui subueniēdum sit: est alijs pauperibus eroganda, & est signum obseruantiæ regulæ & populus maxime ædificatur, si pecunia siue res legata non admittatur. Nam videtur fere impossibile vt quoties pecunia sindico offertur, sit debita necessitas ad manum, verumenimuerò cū numerus fratrum indies crescat, & charitas refrigescat, sit quę maxima necessitas librorum studiorum, ædificiorum, & aliorum refrigeriorum (vt possint fratres prędicatorum confessiones audiendo difficultates conscientiæ absoluendo) reipublicæ prodesse, non possumus sine magis, & frequentibus eleemosynis viuere, & semper

In isto f. 37. & 58. pa. 2.

sunt necessariæ, vt longa experiē
tia docet, & semper vel prope sem
per recipiuntur: quia semper adest
necessitas præsens vel imminens
secundum declarationis pontifi-
cum. Sed nota quòd eleemosyna
pecuniaria apud spiritualē fratrē
vel sindicum deposita, primo de-
bet expendi antequam alia peta-
tur vel deponatur. Vt declaratum
est in capitulo meclinensi anno.
1499. celebrato. Et quòd nullo mo
do licet fratribus exigere eleemo-
synas annales perpetuas vt in ta-
bula generali. fo. 96. & infra dice-
tur. Et quòd fratres non possunt
permittere vt pecunię deponātur
pro se nec pro alijs: nisi de præla-
torum licentia & consensu & cum
manifesta necessitate & euidenti
& si prælatus sine ea, licentiat: am
bo in foueam cadunt: & qui alio
modos recurrendi ad numos & p
Fol. 55. & cunias quam positos in. c. exiui. i
31. 32. uenerint, sunt proprietarij & re
gulę transgressores vt Clemens.
c. exiu

c.exiui.§.porro de pœna proprie tarij. Vide.13.quæst.2.c.cum gra- uia,& non sufficit quòd necessitas sit vera præsens vel imminens & in euitabilis: & quòd sit propria. sed quòd si est subditus, sit licẽtia tus à prælato, & si cõtigerit fieri aliqua subrogatio sit de dãtis licẽ tia,& ad hoc fiat notificatio à fra- tribus, domino pecuniæ, quòd quãdiu pecunia durauerit, semper sui sit dominij &.7.circa substitu- tum non demonstrent dominium &.8. quòd frater non administret dictos numos nec dispẽlet nec mã det quo pacto expendãtur.9.nul- lo modo à fratribus repetatur.10. non deponãt numos suis proprijs manibus, nec deponere faciant cla ues dictæ pecuniæ, & quando se conferunt ad solutionem debiti procurandam non secum condu- cant aliquem ad numos recipien- dos, nec præsentent danti, donec sciant per se nec per alium satisfa- cere nolle, sed p o securiore obser

Nauar- ro.c. 27. nu. 269. §.3.

Fol.32.& 55.&.55.

uatione supradictorum sit.

VI. Conclusio.

FRatres habeant procuratorē œconomium apud quem elee mosynæ pecuniariæ, vel quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter consignentur. Vt Martinus. 5. in suis consti. capit. 4. & hoc vt exclusis quibuslibet solicitudinibus, quietius diuinis vacent obsequijs: & offerentium, donantium aut in vltima voluntate relinquentium ordini aliquid propter Deū, pia intentio non fraudetur, vt in monumentis ordinis tract. 2. fol. 46. & .29. & idem concessit Innocentius. 4. scilicet quòd ministri prouinciales possint instituere procuratores & sindicos qui res fratribus concessas, possint vendere & commutare, & non debet institui sindicus votis fratrum & sufragijs conuentus, quia esset sic persona interposita, sed solus prouincialis aucto-

De sindico.

auctoritate Papæ constituat. Et ad sindicum possunt fratres recurrere, cessantibus eleemosynis vt serena conscientia quæst. 63. docet, vbi etiã dicitur, subditi prouidendo sibi necessaria ad vestitum per modos licitos (quando prelati notabiliter negligunt) nõ peccãt: quia (vt in. 6. de regulis iuris dicitur) ab omni lege necessitas excepta est. Vide speculum fratrũ minorum fo. 35. q. incidẽtali, & animaduerte de sententia omnium expositorũ regulæ (præsertim Bonauẽturæ) esse nobis prohibitum ne denarios vel pecuniã recipiamus & sub nomine pecuniæ intelliguntur omnia illa quibus fratres vti in propria specie non possunt, vt cõstat etiam ex Clementina. exiui. §. circa equorum, & Nicolai. 3. capite, exijt. §. insuper nec vtensilia, vbi dicunt quod sedes apostolica non recipit dominium supradictorum, cęterũ Leo. 10. vt habetur ff. 10. dispensauit Fol. 62.

vt posſimus illa ad commutādum recipere, & idem conceſsit Martinus. 4. & vt illa ſindico tradantur quorum dominium recipit Papa, quemadmodum & denariorum dominium, quæ quidem poſſunt per ſindicum vendi & commutari & in vſus neceſſarios fratrũ conuerti, & ſic ſemper dominium iſtorum & omnium quorum vſum facti habemus, pertinet ad Papam, niſi donatores retineant in ſe dominium vt de verborum ſignificatione. cap. exijt. art. 2. §. ad hæc. Etiam dominium omnium legatorum & pecuniariorum nobis factorum, pertinet ad Papam, & ſindicus nomine Papæ poteſt petere & dominium rerum precioſarum, quia talium vſus nobis licitus eſt ratione materiæ, quamuis ſit illicitus ratione quantitatis & qualitatis, ad commutandũ in vſus neceſſarios, pro induēdis fratribus, &c. ¶ Nota præterea cũ ijs diſpēſationibus, vt ſupradiximus f. 84. pa. 2. pure

Nota.

Vide in compendio tit. p curatores fratrum.

Recipere ad vēdendum per ſindicum eſt ſolicitā curā gerere per amicos.

pure seruari regulā nostrā quan uis aliquādo dispensatio sit cōtra aliquam circunstantiam seu conditionem requisitam ad strictā regulę obseruantiam. Et ratio est quia non sunt dictæ dispensationes, extra totam præcepti latitudinem, licet contra aliquas modificationes positas à Nicolao.3.& Clemente.5,fol,32,56.

In compendio sit. commutare. Cordu. c.10.q.4. & in tra. de sindicatu. & in fine conclusionis.7.

¶Hinc colligit auctor speculi ffo. 36. vtendum esse sindico vt à litigiosis actibus fratres elongentur & à puritate regulæ nō declinent & remedio suarum necessitatum non priuentur, & vt inutilia conuentus vendantur & in ea quę conuentui vtilia sunt, cōuertantur, quia ad hæc positus est sindicus, & quantum ad hunc actum, ab omnibus acceptus, & hoc modo vti sindico, est pure regulā obseruare, & talem sindicum non habere est periculo se exponere: propterea quòd vix aliquis conuentus reperietur, in quo non necesse

De sindico. sit aliquid vendere: saltim vt renouentur veterata. Hæc ibi, & etiam Nicolaus.3. §. ad hæc intendebat prouidere de tali procuratore qui etiam legata auctoritatæ ecclesiæ peteret, fol.37. in isto volumine.

¶ Et nota nos Cismontanos acceptasse sindicum etiam quoad quintũ actũ infra dicendũ fol. 102. sicut cõtinetur in cõstitutionibus Martini.5.c.4. per legitimam & præscriptam consuetudinem & in capit generali Burgensi fuitque accepta constitutio Martini.5.

¶ Nota etiam quòd legata nõ potest sindicus expendere & alias eleemosynas, ad libitum suum, sed iuxta fratrum voluntatem & quádo ab eis fuerit sindicos requisit⁹: Cui poterunt dicere, eme hoc tanto precio, & modo: & denique petere computum & rationem: & hoc non propria sed Papæ & domini auctoritate, qui nobis eam con-

concessit circa suum œconomum, ne à suo depositario fraus vel iniuria vel furtum, comittatur, quemadmodum licitum est fratribus idem præstare si dominus pecuniæ ne famulus eius aliquid furetur, id illis iniunxerit, dicens, rationē reddet vobis famulus meus ne mihi aliquid furetur & defraudet. Vide Bonauenturam quæst. 25. & in epistola ad magistrum innominatum fol. 1. & licet securius sit per sindicum: quæ necessaria sunt habere cessantibus oblationibus, &c possumus etiam seruata regulæ puritate per amicos spirituales eandem nobis procurare vt ex dictis constat, quæ autem potest sindicus præstare, sunt quæ sequuntur.

¶ PRIMO potest recipere mobilia & immobilia oblata donata & in vltima voluntate 1

concessa

concessa & relicta modo congruo & honesto.

2 ¶ Potest commutare, distribuere,
Fol.38. alienare res omnes ad Papæ dominium pertinentes, & expendere precium illarum in vtilitates fratrū vt supra fo.101.pa.2. cū consensu fratrum.

3 ¶ Potest iudicialiter petere omnes eleemosynas etiam pecunarias in testamento relictas modo licito & honesto.

4 ¶ Potest experiri in iudicio seu extra, in omnibus causis & actionibus quibuscunque, vt dictum est.

5 ¶ Apud sindicū possunt assignari omnes eleemosynę pecunarię & nota ꝙ legata modo incongruo relicta, nobis non licet accipere, si autem sine vlla expresione, & indifferenter, tunc modo
Fol.37. congruo & licito nobis relicta intelliguntur. Vt Nicol.3. §. ad hæc, & serena consciētia quæst. 22. tradunt, sed qui acceptant Mar-

Martinianam prædictam, bene possunt accipere legatum modo incongruo: vt si dicat testator relinquo domum ad locandum, &c. Quia ibi conceditur à Martino 4. quòd sindicus posſit omnia legata reducibilia ad pecuniam recipere & ad vsus fratrum distrahere dũ modo legatũ sit in moderata quãtitate & sine fraude hæreditatis, quia cauere tenemur ab omni specie mali vt serena conscientia, quæst.19.&.20. & Cardinalis Zabarella super Clementina exiui docent. & in hoc fol. 59.,

VII Conclusio.

NOn est verisimile beatum Franciscum voluisse fratres habere granaria & cellaria, & præcipue vbi quotidianis possunt mẽdicationibus trãsigere vitã, vt Clemẽs.5.docet.§.rursus.f. 60.neq; talia debẽt fieri nisi vbi experientia comprobatum est non posse

De granarijs & cellarijs

posse vitæ necessaria aliter inueniri: & hoc Papa committit ministris, & custodibus simul, & separatim in suis administrationibus cum guardiano, & duorum sacerdotum discretorum, consilio & cousensu, ipsorum conscientias onerando, & quatuor magistri docent, pensatis hinc inde sententijs regulæ, solum exigente necessitate, posse sibi fratres in posterum prouidere: ita tamen quòd nec diuturnitate nec rerum qualitate, vel quantitate in prouisione quam faciunt in rebus necessarijs, forma paupertatis excludatur. Et fratres tenentur in omnibus supradictis, suis prælatis parere, vt decreuit Ioannes. 22. in suis contitutionibus, non poterunt tamen petere triticum ad vêdendum perse, quia nomine pecuniæ intelligitur si hac intentione petatur. Sed quæ supersunt poterunt à sindico vendi ad- [illegible] sol-

ſoluendum debita conuentus, vt conclusione.6.præcedenti, notauimus, hac lege & conditione ne populus ſcandalizetur videns pau peribus oſtiatim petentibus ſuper eſſe tritricum ad vendendum vel vinum, vel oleum, vel agnos: pote runt tamen commutare agnos in arietes vel ſindicus vēdat ad emen dos arietes, & lanam in pannos commutet ex conceſsione Pij. 2. vt dixi cap. 2. pro induendis fratribus & alijs ſimilibus neceſsitatibus & ſine ſcandalo, quia licet granum recipere, vel alia huiuſmodi pro commutatione in neceſſaria, ſit fratribus interdictum, nō tamen abſolute. Quia vbi fratres non poſſunt bene ſuis neceſsitatibus ſubuenire, talia poſſunt recipi. Per amicos ſpirituales & vendi de conſenſu dantium & de licentia prouintialis, vel cuſtodis. Nam Nicolaus.3. conceſsit vt poſſin fratres commutare de licētia [illegible] tacita

Fol. 84. pa.2.

Vt. c. exi ui. §. cir ca equo rū &. c. exijt. §. ad hæc. Fol.37.

tacita vel expreſſa dantium,& de licentia Martini quarti,per ſindicum poſſunt vendi omnia quæ poſſunt conuerti in vſus neceſſarios fratrum vt concluſione præcedenti notauimus. Et non ſolum pro induēdis fratribus, vt Pius. 2. conceſsit (vbi nō eſt alius modus habendi)ſed etiam pro emendo vinum(vt prouideatur debilibus & infirmis)vbi non eſt alius modus acquirendi : & vbi eſt tanta fratrū multitudo quò continua mendicitas non ſufficeret ſecundum debitam moderationem & fragilitatem humanam, vel forte; quia talis mendicitas, aliquomodo eſſet vel maioris boni impeditiua(vt diuus Bonauentura ait)vel mali & diſſolutionis cauſa, nam tūc poſſent fratres facere prædicta. Vt defenſorium tract.3,contra ſecundā poſitionem ait,quia per modos licitos & nobis conceſſos: & has vocat Concilium Tri.ſe.25.c.3.eleemoſynas conſuetas quas per mo-

Vide in cōpendio tit. cōmutare.

dos

dos licitos nobis concessos, habere possumus, neque tenemur minuere numerum fratrum ad seruãdam regulam sine istis supradictis licentijs: Quia sic recipere aliquam rem ad vendendum per dantes vel per amicos spirituales nomine dantium, vel per sindicum: non est recipere pecuniam sed solicitam curam gerere, vt in, capit. 2. f. 84. notauimus: & Cordubensis in suo cõpendio titulo commutare.

VIII. Conclusio.

FRatres non possunt personaliter rem aliquã vendere faciendo contractum & extimationem precij, nisi fiat talis extimatio sicut in re aliena, de valore eius: quia in tali casu nil detrahitur paupertati propter hoc quòd ego dicam valere tantum vel tantum, dummodo non sit scandalum & denarius accipiatur per sindicum, vel amicum spiritualem, vel per dominum talis rei, vt serena con- F. 38. Vendere & emere quomodo fratres possunt.

ſcientia.quæſt.74.explicat: & eodem modo poſſumus emere & amicus faciat ſolutionem, & domini licentia tacita, vel expreſſa, frater minor poteſt rem aliquam pro alia commutare, diſtrahere ſeu alienare. Et in hac concluſione conueniunt quatuor magiſtri. cap. 4. &. 6. dummodo vna res non detur pro pretio alterius rei æſtimatione, quia tunc eſſet venditio & emptio, & dummodo ſit de licētia prouincialis, & quòd ſit res mobilis, & ſi æſtimatione præcij fit, fiat per ſindicum, vt ſerena conſcientia.quæſt. 81. ait, & vt concluſione 6.de ſindico diximus, per quem poſſunt fratres commutare triticum in oleum, & etiam per propriam manum ſi commode fieri poteſt, vt Nicolaus. 3. conceſsit, & quod abundat in vno conuentu poteſt commutari cum alio cōuentu, interueniente ſemper licentia prouincialis: & ſindicus poteſt

Fol.38. Cómutare poſſunt.

Fol.38.

reci-

recipere res mobiles & in alias magis conuenientes & neceſſarias conuentui, comutare: vt ſupra diximus concluſione. 6. &. 7. & prælati tenentur à ſubditis auferre ſuperflua, vt fecit Iacob. Geneſ. 35. & Moyſes Exod. 32. ne ſint proprietarij.

IX. Concluſio.

SI nulla obligatio aut pactio interueniat nulla ſiniſtra ſubintret intentio, atque in adminiſtratione dati & recepti fiat pari modo ſicut de alia quacunque pecunia à fidelibus miſſa pro ſuis neceſsitatibus per viam eleemoſynæ (vt præfatæ declarationes determinant) poſſunt fratres dicere miſſas pro talibus humiliter petentibus vt ſubueniantur ſuis ſacrificijs, & ſatisfacere eorum deuotioni: & deinde naturalem & debitam ſubſtentationem recipere.

De miſſis. Bernardinus de Arevalo du. 11. li. 5 decreti. de ſimonia, c. 8. & extra li. 5. tit. 1.

Vt in

Vt in defensorio tracta.3.ad.3. positionem & à Cordubens.quæstio. 15.punto.2.scribitur: & vt dixi cõclusione.1.huius capitis, quia nemo sanæ mentis intendit dare talem pecuniam fratribus nisi prout competit regulæ & professioni eorum: & si intenderet dare modo nobis incongruo reijciendo à se dominium, nos non sumus capaces talis dominij, neque habemus talem voluntatem & intẽtionem, & contra voluntatem recipientis, non acquiritur dominum.

Nicolaus. 3.§.cæterum.

E.36.p.2.

In isto.f. 38.pa.1.

Corrol.

Hinc si frater minor proprijs manibus, (quod tamẽ non licet ratione periculi & scãdali) reciperet pecuniam, nõ acquirit dominum nequè recipit per se vt in regula prohibetur, quando deest voluntas recipiendi possessionem, vel dominium. Ideo fratres seruando diligenter modificationes circa pecunias quæ dantur sindico vel amico spirituali pro necessitatibus sub leuandis, etiam cum intentione dicendi

dicendi missas,nō peccant. Et animaduertant quòd etiam si per infinitas manus pecunia transeat semper dominium est dantis,& potest ille suam voluntatem mutare & pecuniam datam repetere, dūmodo non sit data sindico Papę,quia tūc statim ipsa & eius dominiū in Papam transfertur.Et pecunię oblatæ pro officijs & pro missis, non sunt indifferentes & carentes patrono & dante,seruato modo præfato. Vide supra.f.35.59.

X. Conclusio.

FRatres non possunt se ciuiliter obligare, verbo literis aut facto pro quacunque re vel,causa quia sunt incapaces iuris seu actionis,& si se obligarēt, esset illusoria obligatio. Sed impropriè & non ciuiliter benè se possunt obligare sub conditione. s. quòd licentia sui superioris laborabunt vt posint satisfacere pro tali

Quomodo fratres se possunt obligare

tali re vel negotio, vt Nicolaus.3.
Fol.31. & Hugo.cap.4.& ſerena conſcien
tia.quæſt. 81. & quatuor magiſtri.
cap.5. quæſtio.3. docent. & licet
contra nos nulla ſit actio pro tem
poralibus bonis in iudicio, ſicut
nec nos poſſumus habere contra
alium, tamen per tales actus de fa-
cto tenemur crimine fraudulentæ
obligationis: & his non obſtanti-
bus, licet nobis facere pacta, con-
uentiones perſonales pro aliquo
faciendo: Vt habetur in compēdio
Quomodo contrahunt debita. tit.conuentiones, titul.concordia.
Sed non poſſumus contrahere de-
bita propriè & ciuiliter, impropriè
autem ſic, ſicut propriè loquendo
nullus poteſt nobis eſſe obligatus
aut debitor ciuiliter pro aliqua re
temporali, benè tamen impropriè
prout obligatio accipitur pro qua
dam æquitate qua quis tenetur in
ſeipſo lege aliqua ad dandum vel
faciendum, vt ſerena conſcientia,
quæſt.penul.& lib.5. de annuis le-
gatis. L.c. hæreditas de pœnis hære
dis

dis, habetur, vide cōstitutiones nostras & qualiter non possumus apud nos habere depositum pecuniarum, nisi protestādo prius nos non obligari ad aliquod discrimē siue periculum: neque pecuniæ alienæ esse possumus dispēsatores: nam ad hoc, opus est ministeriali potestate, & receptione ac contrectatione pecuniæ, quę omnia omnino nobis sunt prohibita, vt in tabula generali. fo. 97. & Cordub. q. 4. &. 5. continetur. Et possumus cōuenire de precio & solutionem petere, vt quatuor magistri.

XI. Conclusio.

FRatres possunt pignorare res quibus vtūtur auctoritate dominorū ad quos res pertinent sed nō auctoritate propria & ciuiliter: neq; nomine alterius tanquā actores illius, quia sunt actus proprietatis. Sed possūt pignorare large. s. q alius faciat ciuilē contractū Quomodo pignorant.

Non possunt pignorare aliquid suũ sed dãtis au ctoritate.

nomine domini rei, & ipsi fratres tradant eã; vel promittendo quòd fideliter procurabunt satisfacere: & tradere talem rem, licentia tamen domini talis rei probabiliter præsumpta. Et si talis res pertinet ad Papam, eius sindicus & non alius debet facere talem cõtractum ciuilem, & si res pertinet ad alium, ipse vel alius eius nomine, sed sindicus recipiat pignora pro habitibus & alijs rebus conuentus sicut œconomus Papę & fratres possũt in aliquo casu, numos præstitos accipere, vt Nicolaus. 1. §. cæterum & hoc impropriè, sed nequeunt numos præstitos conferre vt quatuor magistri. ca. 6. quomodo cõmodant & accipiunt rem accommodatam.

Fol. 31.

XII. Conclusio.

FRatres bene possunt accipere commodatum sine obligatione ciuili sed solum bona

fide, promittendo restitutionem rei, vt quatuor Magistri. cap. 6. & intra ordinem bene possunt commodare & accipere commodata à fratribus etiam sine licētia expressa prælatorum, dummodo nō prohibeatur, quia est actus charitatis, & est licentia probabiliter præsumpta, vt Hugo, & Bonauentura, & Bartholomęus Pisanus. cap. 6. affirmant: & qui nō vult commodare videtur sibi vsum talis rei appropriare. Vt de pœna proprietarij tabula generalis, fo.103. docet. Seculari tamen accommodanti, debent dicere quòd laborabunt per amicos fideliter in sua satisfactione. Vt Nicolaus.3.§.cęterū, isto.fo.29.30.31.

Dūmodo excludant vinculū obligationis.

XIII. Conclusio.

AD habendum vsum reum vtensilium, requiritur licentia expressa, vel interpretatiua probabiliter præsumpta prælatorum, et Nicolaus.3. art.2. con-

cedit itaq; in eis, & eorũ actibus, paupertas sancta reluceat, & nomine prælatorũ intelligũtur guardiani (vt ad donandũ dicetur infra) & dũmodo reluceat paupertas. Quia si aliter attẽtarent cõcedere nil valeret sua cõcessio contra volũtatẽ Papæ & maiorũ, & dũmodo talis vsus non solũ sit arctus & moderatus, sed etiã reuocabilis per prælatos & q; nõ sit indeterminatus & indifferens. s. q; prælati relinquãt religiosum in sua libertate faciẽdi de tali re quod voluerit (licet tales res per operas suas, vel sermones etiã licito modo, cõquisierit, prout faciũt aliqui fratres prædicãtes bullas, sibi prouidẽtes de necessarijs) quia iste vsus seu peculiũ, non potest fratrib⁹ cõcedi: quoniã est propinqua occasio multarũ transgressionũ & habendi multa superflua cõtra regulã: vt Nico. 3. ar. 3. dicit. Præterea, illicitũ est cõcedere fratri vt ipse procuret etiã per vias licitas, pecunias vt sibi placitũ fuerit

De vsu arcto et reuocabili.

Fol. 57.

Fol. 31.

rit

rit ad comparãdũ sibi necessaria, quia hoc solũ ex regula & declaratione, conceditur prælatis. Sed lijs fratribus nõ ita generaliter potest cõcedi. Et serena cõsciẽntia.q. 15.dicit prælatos talẽ licẽtiã dantes peccare mortaliter, quia pecunia per subditos nõ potest procurari: nisi prælati purè & fideliter sciant, pro quibus veris necessitatibus pecunia procuretur, & deponatur apud sindicum:& hoc ad vsum arctũ moderatũ & reuocabilẽ q tãtũ licitus est, vt serena cõsciẽtia.q.42. & Barth.Pisanus.c.5.scribũt, & si frater nõ indiget rei sibi cõcesse p secularẽ, est per prælatũ cõuertẽda in vsus aliorũ fratrũ, si dãs indãdo nõ reseruauit sibi dominiũ, vt serena cõscientia.q.82. ait & frater qui retinet vsum alicui⁹ rei prelato cõ tradicẽte, peccat cõtra pauptatẽ & cõtra obediẽtiã, & q abscõdit res ne videãtur aut capiantur ꝓprietatis peccato peccat & est casus reseruatus, vide tabulã generalẽ, fo.103.

Quomodo licenciantur fratres ad pecunias. Supra conclusio.5.

serena

ſerena conſcientia. quæſt. 9. & tractat. 3. inter zelatorem in fine, & infra. c. 6. videbimus.

XIIII. Concluſio.

Ricardus in. 4. d. 15. art. 2. q. 2. Nauarro de reditibus eccleſiæ q. 1. n. 82.

FRatres poſſunt eleemoſynam facere quando proximus eſt in magna neceſsitate, & ſi non poteſt recurſus haberi ad ſuperiorem, poſſunt ſine licentia, vt Panormitanus. cap. ſi quis de furtis, & gloſa in cap. non dicatis. 12. quæſt. 1. ſed ſi eſt res pecuniaria quæ petitur ad dandum extra ordinem, non poteſt dari à fratribus niſi ſeruatis modificationibus circa pecuniam, & totus ordo nō poteſt eam dare. Sed ſi non eſt pecuniaria & ſit in noſtro vſu, & eius dominium non pertinet ad Papā ſed ad alium: tunc ex licētia ipſius, fratres poſſunt eam donare etiam non pauperi. Et ſufficit voluntas probabiliter præſumpta ipſius domini. Sed ſi res quæ eſt in vſu noſtro

ſtro pertinet ad Papam & vilis eſt, tunc ex licentia Papæ poſſunt eã donare cum licentia prælatorum & ſub nomine prælatorum intelliguntur Guardiani, vt Leo.10.conceſsit & Nicolaus. 3. & Hugo.c.6. dicit: quia licet ſint res viles & inter fratres communes ad vſum, tamen earum diſpenſatio, vel diſpoſitio ſolum conceditur prælatis intra & extra ordinem, per præfatos pontifices, vt ſerena conſcientia quæſt.81.docet. Et ſufficit licentia generalis, vel quòd prælatus ſciens non contradicat, licet prælati aliquando permittant aliqua, quæ nollent fieri nec concederẽt, ſed tacent ne ſequatur aliud malũ & ad vitandum propteruiam ſubditorum qui ſcandaloſe reſiſterẽt: Et talis tollerantia non valeret ꝑ licentia neque excuſat ſubditos. Et nota quòd Ioſeph de Pharaonis licentia dedit cibaria fratribus, Ge.35. Et nota quòd bene poſſent fratres rogare, & intercedere apud

Quomodo poſſunt donare. Fol.39.

Nota pro licẽtia tacita.

aliquem

aliquem pro aliquo vt ei aliqua pecunia donetur, vt ſpeculum fratrũ minorum docet, nec per hoc dicũtur fratres donare. Et ſi fratres excludant à ſe omnem obligationẽ & dicant. Nos nolumus obligari in cuſtodia huiuſce pecunię, poſſunt recipere depoſitum.

Limitatio. Hugo. cap. 4.

XV. Concluſio.

RES alijs donata extra ordinẽ eſt obnoxia reſtitutioni, quouſque prælatus conſentiat, quia dominus Papa nõ aliter concedit eam poſſe donari, ignorantia tamen inuincibilis probabilis poteſt interim detinentem eam excuſare à peccato dum durat talis ignorantia, vt Cordubenſis. c. 6. & in ſumma lingua vulgari. q. 109. docet, & fratres non poſſunt etiam cum prelatorum licentia, dare denarios ſiue pecuniam amore Dei vt Albarus de plãtu ecclesię & Nicolaus. 3. §. de vilibus: & ſi nulla

Fol. 39.

bliga-

obligatio aut pactio, interueniat possunt dare sepulturas de licentia Papæ.

XVI. Conclusio.

SIndicus potest facere aliquam remissionẽ debiti, ita q sit melius ita facere: cũ talis remissio vergit in vtilitatẽ fratrum, vel quia est dubium vel sequeretur litigiũ, & nos possumus hoc permittere & rogare sindicum vt remittat illi debitori, quando si non remitteretur esset scandalum: quia Papa non obligat nos ad aliquid faciendũ cũ scandalo & quia sic concessit Nicolaus. 3. & non possumus dare vota & suffragia ad petendum vel remittendum legata, sicut domini & iuridice: sed rogando sindicum & dicendo, condecens nobis videtur talis remissio; cõdona illi amore Dei si tibi videtur & pete similiter legatum & nobis donatum & da eis Chirographum quod apud te habes sicut concessum est tibi à Papa, seu fratres non dent

Quomõdo possunt fratres remissionem facere.

signum

ſignum & ſubſcriptionem nec verbo nec ſcripto vt ſupra cõcluſio.1. & concluſio.4. & fol.56. &. 93.

XVII. Concluſio.

Quę priuilegia poſſunt fratres habere & quæ non.

PRiuilegia pro temporalibus bonis ad litigandum, vel ad habendum ius aliquòd pro ſepulturis pro canonica portione & huiuſmodi, nullo modo poſſumus habere, quia ſumus incapaces huiuſmodi iuris: vel actionis pro quibuſcunque temporalibus, vt ſerena conſcientia quæſt. 14. tradit & ſecundum Albarum nulla maior proprietas quam habere talia priuilegia, & hoc ſonat priuilegiũ ideſt lex priuata, vel ius priuatum ad aliquid. Vt.d.3. c. priuilegium,

Fol.59. & in. 6. lib.5. tit. 7. & in. 5. tit. 33. & extra. lib. 5. tit. 7. Quia non licet fratribus perſonaliter aſsiſtere curijs & proceſsibus pro temporalibus, etiam ex licentia, niſi cum eis diſpenſetur. In hac proprieta-

te.

te, vt cap. cum ad monasterium de statu monachorum. Ideo ordinatum est à Papa vt episcopi curent ne fratres priuentur eleemosynis, & canonica partitione (put eis licet) licebit tamen sindico nomine Papæ ad requisitionem fratrum allegare pro funeralibus & legatis. non ius fratrum sed ius ecclesiæ Romanæ cum limitationibus suprapositis conclusione. 6. & licet habere priuilegia pro exemptione à iurisdictione, & subiectione ordinariorum, quia non est contra paupertatem nec contra aliquam legem nisi vicietur aliqua mala circunstantia. Vt serena conscientia quæst. 14. scribit, licebit etiam alia priuilegia & Bullas habere pro spiritualibus vt lib. 5. tit. 33. de priuilegijs, conceditur, hinc fratres non possunt asistere cursjs aut actionibus litigiosis pro rebus temporalibus, neque instigare aduocatos seu procuratores

Fol. 58. Fo. 37.

vt supra f. 41. p. 2.

Corrol.

P se-

se ipsos personaliter præsentando vt Clemens.5.art.7.docet. Et si ibi

§. Amplius. fo.59.

asistũt fratres tãquã ius suũ prosequentes allegantes, peccant etiã si informent iudices. Quia licet in hoc non faciant contra votum directe, saltem illicitum est ratione scandali, quia ita apparet stantibus ibidem, pro iure suo asistere fratres in iudicio, vide in.lib.3. titu.clerici vel monachi. c.1. &. 2.

Quomõdo licet asistera curiis.

¶ Multo minus possunt fratres asistere in iudicio pro temporalibus pauperum & monialium vt negociorum gestores ipsarum monialium vel parentum, vel amicorum: vide tabulam generalem, fol. 110. ex capitulo Burdegalensi, licebit tamen informare de veritate rei extra iudicium vt speculum fratrum fol. 7.& 8. tract.10. decet: verum asistere in iudicio pro iniurijs illatis, non est contra votum paupertatis.

XVII. Conclusio.

SI indirecte relinquatur fratribus legatum nempe aliquem hæredem constituendo, sub conditione vt aliquid annum fratribus reddat, non licet fratribus accipere: pro eo quòd in fraudem fit, quod si non sit in fraudem hæreditatis licitum est. Quia non contra ius naturale, vel diuinum neque contra regulam. Vt in le, quòd conditionibus. ff. de donationibus religiosis, inuenies: dum modo sit vt cap. exiui. §. igitur. Sed si legatum relinquatur fratri particulariter, secundum constitutionem. Benedict. 11. debet ipse frater legatũ huiusmodi, quã primum potest reuelare suo guardiano, & ipse guardian⁹ debet postea fratri, secũdum suã qualitatẽ de libris vel alijs necessarijs ꝓuidere si

Legata quomodo habere possimus.

Fratres non possunt fieri hæredes nec aliquid accipere sub forma legati. c. exiui. §. qa igitur. fo. 58. p. 2. c. exijt ar. ad hęc §. nã vt nos. fo. 37. p. 2.

indiget, alias distribuatur in necessitatibus fratrum conuentus, vt ponit ipse Benedictus. 11 . dummodò legatum infraudem non sit (vt dixi) & legatum debet esse in moderata quantitate: Vt Clemētina. c. cxiui. docet: & ministri iudicabunt quæ sit quantitas moderata: Et quod ex moderata quantitate supererit relinquatur.

¶ Et fratres petere nō possunt tale legatum per sindicū, donec immineat necessitas, & si fratres petūt, petant per modum eleemosynę & extra iudicium, si per se & non per sindicum petunt, & si nō sit pecunia. Et si causa propter quam facta est concessio sit finita, commutabitur in aliam fratrū necessitatem de consensu hęredis, & superfluum detur pauperibus vel distribuatur incultum diuinū auctoritate superioris, & si relinquatur legatum pro induendis fratribus & induiti sunt & indigent cal

ceis

ecis, fratres sunt capaces talis legati etiam si sit alicuius rei immobilis, quę vendatur per sindicum & conuertatur in vsus necessarios, etiã si relinquatur sine expresione alicuius modi & causæ, vt conclusio.6.dixi.

¶ Annuum verò legatum nullo modo est recipiendum, vt serena conscientia tra.3.quæst.19.docet: quia annales & perpetuas eleemosynas non possumus recipere vt habetur in tabula generali, fo.96. nec esse executores testamẽtorũ vt cap.6. videbis, præterea fratres non possunt recipere eleemosynã quam aliqui magnates seu cõmunitates aut cõfraternitates, solent facere quotãnis, habentes eã scriptam in suis libris inter eleemosynas annales alias (siue sint tales eleemosynæ liberales siue sint pro missis exequijs aut sermonibus) quia tales eleemosynæ appropin-

C.Exiui §.cumq; annui reditus. Fol.59. Vide conclusio. 5. in hoc. c. 4.

quant ad naturam redituum & de ratione eleemoſynæ eſt vt ſit incerta.

Niſi fratres quando eam petunt, proteſtentur expreſſe: ſe pure per viam eleemoſynę eam petere. Et idem delegatis perpetuis, vt Silueſter tit. legatum. 2. quæſt. 4. & probatur à ſimili: ſicut recurrimus ad domum cuiuſdam diuitis, quia in ea nobis ſemper datur eleemoſyna, ſic poſſemus recurrere ad legata perpetua & modo ſępe dicto.

Reditus annales

Tum etiam fratres non poſſunt habere poſſeſsiones neque reditus neque vſum redituum neque id quod ad naturam & ſpeciem redituum appropinquat. Conſtat ex Clementina. cap. exiui. ar. 7. & ex quatuor magiſtris & Bonauentura: quia non poſſumus habere aliquid fixum nec ius, ſed ſicut aduenæ in hoc ſeculo: vt expoſitio ſine titulo. cap. 6. & Hugo. cap. 6. tradunt, quia peregrini nil fixum & immobile poſſidēt, neque licet ven-

[..]a. fo. 57. vſq; ad fo. 59.

vendere ligna & alia quæ naſcun tur in ortis, neque paſcua, vel or tos ipſos locare: vt Clementina. c. exiui & ſerena cõſciẽtia. queſt. 10. docent, neque plures ortos & ſuperfluas officinas, quia viciũ ſuperluitatis eſt. Neque poſſumus habere virtuales reditus, vt, l. 6. de religioſis domibus cap. religionũ: quia debet eſſe incerta mendicitas quæ victum præbeat mẽdicantibus. Ideo ſi aliquæ perſonæ vellẽt ordinare reditũ perpetuũ (quo in aliquo loco alerentur fratres taliter ꝙ proprietas apud fratres nõ reſidat ſed apud alios) non licet fratribus talia legata habere vt quatuor magiſtri capit. 6. affirmant. Et propter eandem ratio nem habere agnos ſucceſsiue ſuccedentes vt fratres habeãt carnes recentes ſeu abundantes, non poſsũt: neq; gallinas apes porcos, vaccas, colũbas & huiuſmodi. Vt tracta. 10. plagarum plaga. 6. nec fratres ſunt tuti in conſcientia, nu

c. exiu §. licet vero ſo 60. exijt §. ad hęc fol. 26. 30.

triendo agnos vel donando eos nutriendos, vt fiāt arietes, nisi forte talis necessitas & discretio guardianorum esset vt moderate talia iuste iudicarent esse aliquando cōgreganda apud non recollectos.

¶ Sequitur Cap. 5. De modo laborandi, fratres quibus dedit Dominus gratiam, &c.

Diuus Bonauentura. q. 11. & epistola ad magistrum innominatum. fo. 1. de hoc capite multa tractat, & dicit diuum Franciscum non loqui de fratribus qui die nocteque tam in missis solemnibus quam priuatis, & alijs diuinis laudibus & officijs occupantur, prop-

propter profeſsionem ſuæ regulę & propter charitatem & conſolationem populi (qui eorũ eccleſias deuotius & frequentius viſitant) neque de fratribus occupatis in prædicationibus & confeſsionibus qui ſicut alij clerici carentes temporali beneficio videntur ſtipendia ſui laboris poſſe recipere cum nemo teneatur ſuis ſtipẽdijs militare: Vt in defenſorio habetur tract.3.ad.3.poſitionem. Hæc ergo admonitio pertinet: non ad eos qui ſunt ita occupati: ſed ad laicos, qui laborare tenentur labore corporali: ſaltem in ſeruiendo fratribus ſit occupatis. Et omnes ſimul non occupati in prędictis & in obedientia, tenentur orare: vt ait, B. Bonauentura in opuſculo quod incipit, religio munda, ora, (inquit) chariſsime frater & te in oratione exerce: qa fratri nõ orãti æterna ſupplicia promittuntur. Et diuus Bernardus dicit. Ora frater ora, quia ille dicitur habere tu

1.Cor.9. a.

Fol.40.

Iſai.9.

nicam] mixtam ſunguine quæ erit in cōbuſtionem & cibus ignis qui carnem ſuam nutrit de paupe rum ſudore, niſi recompenſet de bita oratione. Cantādo (inquit) nobis iſta bona proueniunt gra- ues ꝓ eis funde gemitus alioquin quæ hic in delitijs ſumitis, in tor- mentis euometis, ſtudeamus ergo tātò feruentius & moroſius cum feruore deuotionis orare, quanto nobis maiora beneficia conferun- tur, & idem. B. Bonauentura in 4.d.15.quæſt. vlti. dicit. oratio ex charitate facta ſatisfactoria eſt, il- la tamē inter omnes ſatisfacit quę eſt magis gemibunda, & in qua maior clamor cordis eſt ad Deum pro venia peccatorum. Hæc eſt in qua Deus maxime delectatur cum homo ad gemitū accēditur: ſed in aliquibus eſt mentalis & in aliquibus vocalis. Veruntamen cum verba impediunt affectū quā do orās ſic inflāmatus eſt ꝙ imme diate fertur in Deū, tali vtilior eſt ora-

Angles q.de vti litate oratio- nis & in. q.de mē di.in. p. 4.

oratio mẽtalis, ſi autem iuuatur affectus vtilior eſt vocalis.

¶ Et nota ꝙ fratres ob preciũ ſui laboris non poſſunt recipere numos neq; prędicatores ob pręmiũ ſui laboris & multominus facere precium, quia ſi precio faciũt ſunt ſimoniaci. Vide ſupra.c.4. cõcluſio.9. de miſsis, & eadem ratio eſt de cæteris ſpiritualibus. Sed qui laborat corporaliter ad vitandũ ocium, laboret, ita tamẽ quod ſpiritum orationis nõ extinguat. Vide in ſerena conſcientia. q. 70. & nota quòd merces laboris non data, non tranſit in dominium Papæ & per conſequens non poteſt eius ſindicus eam petere in iudicio, vt poteſt rem legatam petere, & quod regula. capit. 10. dicit, & non curent neſcientes literas diſcere: de laicis vt ait diuus Bonauentura, loquitur, quia fratres qui clerici ſunt, præ cęteris viris

viris religiosis discere literas tenẽtur. Vide quæ notata sunt. cap. 9. & quomodo debent discere literas & qua licentia, & in. 6. lib. 3. tit. 14. clerici vel monachi. Et hæc pro laboricio dixisse sit satis.

¶ *Capit. VI. Fratres nil sibi approprient, &c.*

Optimũ & laudabile est in hac vita nihil tãquam propriũ posidre.

¶ B. Bonauentura epistola ad magistrum innominatũ. fol. 1. ait: nõ dicit regula nostra, nil habeant sed nil sibi approprient, & idem quęst. 4. assignat multas rationes pro nostra paupertate in speciali & in cõmuni. Et pro maiore declaratione circa hoc caput: primo notare oportet virtutem paupertatis euãgelicæ consistere materialiter in aliquo exteriori puta in abdicatione dominij & iuris ciuilis cuiuscunque rei, & formaliter in quodã interiori proposito non habendi aliquod dominium & ius

&ideo

& ideo quęcūque variatio in vsu moderato, non corrumpit neque auget eius essentiam directe & per se: vnde pauper euangelicus habens vestes preciosas, vtensq; cibis delicatis, lædit per se alias virtutes temperantiam, humilitatem & huiusmodi, non tamem lędit directe essentiam paupertatis, si in mente & in opere sit omnimoda abdicatio dominij vtendo preciosi quasi alienis, sed indirecte & occasionaliter, quoniam moderatus vsus pertinet at talem paupertatē & immoderatus vsus lędit eam.

Nō possumus habere in cōmuni. vt Gre. 9. Innocentius. 4. Alexander. 5. Nico. 3. §. porro. Clemen. 5. §. proinde, fo. 57. &c. exijt §. ad hæc &. §. in super, Fol. 30.

Et ideo nos fratres minores ex vi nostræ regulæ obligamur ad vsus pauperes qui in ipsa continentur eo modo quo ibi cōtinētur & nō aliter neque ad alios arctiores. Et licet essentiale paupertatis euanlicæ, sit, non habere proprium in particulari (vt in cap. cum ad monasterium, de statu monachorū) & habere in communi nō minuat perfectionē simpliciter, minuit tamen

men statum perfectionis religio-nis, idest statũ perfectionis secun-dum quid, vt Cordubensis docet, pro cuius intelligentia notare oportet quòd in rebus vsu cõsum-ptibilibus, vsus distinguitur à do-minio, vt in Clementina.c. exiui de statu regularium, & Nicola. 3. cap. exijt & Vbertinus corã Iuã ne.22. locutus fuit dicens. Chri-stus & Apostoli fuerunt in dupli ci statu, fuerunt enim vniuersalis ecclesiæ prælati: & hoc modo ha-buerunt aliquid quoad distribu-tionis & dispensationis auctorita tem ad dandum pauperibus & mi nistris ecclesiæ (sicut de Apostolis dicitur) & hoc negare est hæreti-cum: & secundum hanc prælatio-nis auctoritatem Christus habuit loculos. Secundo possunt Chri-stus & Apostoli considerari, vt personæ singulares & fundamen-ta perfectionis religiosæ, & perfe cti mundi contemptores, & glo-riam mundi conculcantes & Chri sti

Cordu. q.2. in-tro.&.c. 1.q.3. So tus de iu sticia. li. 4. q.1. ar 1. & An gles in. q. de do minio.

sti cõsilia semper in semetipsis ob seruãtes, & dictę perfectionis exẽplũ tribuentes volẽtibus eam obseruare, & isto modo nil habebãt ciuiliter & polytice: idest non defendebant sua ab inuasore, nec repetebant à retentore in iudicio per iudicem tẽporalem: & contrariũ asserere est hæreticum, contra illud. Qui vult tecũ cõtendere in iudicio & tunicã tollere, præbe ei & palliũ & ab eo qui aufert vestimentũ, noli prohibere: ꝙ & Christus fecit: quia omnia quæ docuit fecit, cœpit enim facere & docere & hoc modo nõ habuerunt dominium ciuile & aliquã proprietatẽ: & sic Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia. Et isto modo nil habuerũt in particulari nec in cõmuni. Est etiã alius mod⁹ possidẽdi res quoad ius naturale. l. charitatis fraternę. l. ad substẽtationẽ naturę, repellẽdo diuitias ne aliqd mali saperẽt. l. mũdi põpã nutrirẽt, & hoc modo Chrs & Apostoli

Matth.

Matt.19.

Angles de qui mendicitate.

habuerunt bona, vt panem vinum & cætera necessaria vitę, vt fratres minores habent vsum arctum rerum necessariarum. Hæc responsio fuit lecta in consistorio Papæ & approbata à Papa. 22. anno 1330. die.27. Septembris: & Papa fuit nostro ordini recōciliatus reuocans quæ dixerat in contrariū. Et Bonauentura.c.4.super regulā sic ait, nō fuit eis imposita paupertas vt prælatis sed vt personis particularibus missis ad prædicādum verbo & exemplo talem paupertatē & perfectionem, & episcopi non succedunt illis nisi vt erāt prę lati in dignitate prælationis apostolicæ, & non in forma illius paupertatis, vt habetur. 12. quæstio.1. cap.videntes, &c. Ideo ad eam nō tenetur nisi qui sponte se obligāt, vt Hieronymus ad Eluidiam, & nota quòd episcopi sunt in statu exercendæ perfectionis, & nos fratres in statu acquirendi eam & habemus maxima instrumenta ad eam,

Cordubensis li. 4.q.3. de potest. Papæ ad 5.& incō pendio. tit. paupertas.

Super hoc.cap. Cordu. &.c.1. q. 3.

eam consequendam, scilicet obedīētiam, castitatem & paupertatē in quibus excedimus, non solùm communem statum hominū, sed etiam omnium religionum, pręcipuè penes paupertatem, & pro maiore declaratione huius capitis 9. ponuntur sequentes conclusiones.

I. Conclusio.

FRatres minores tenemur nō solùm ad paupertatem in cō muni & in periculari, sed etiā ad vsus arctos & moderatos. Conclusio patet ex Clementina exiui. art. 7. & isti vsus sunt omnia obligatoria pręcepta tangentia paupertatem. Vt. B. Bernardinus in epistola sua tracta, 3. & speculū fol. 4. docent, & habetur, de verborum significat. c. exijt art. 2. §. ad hęc & quatuor magistri & Hugo & serena conscientia, quæst. 11. hoc idem affirmant, & superflui ta

Fo. 25. 7. In isto. f. 29. 30. & 57.

tem & preciositatem esse nobis ꝓ hibitam. Et probatur, quia qui te netur ad finem, tenetur ad me dia necessario requisita ad talem finē, & etiam ad tollendum impedimē ta ad talem finem, atque nos tene mur ad paupertatem altissimam, & ad cauendum à receptione pe- cuniç, & ad cauendum auaritiam & solicitudinem noxiam, quæ nō possunt caueri cum vsu abundan- te & superflua ergo, &c.

¶ Præterea ad acquirenda super- flua desideratur multa solicitudo, quæ est proxima occasio auaritiæ & violandi præceptum de fugien da pecunia, vt experientia docet.

Speculū fratrum fo. 33. 35. 36.

¶ Tum etiā quia illicitū est paupe ri euangelico viuere de illa mendi catione, lautè & superfluè. Hoc enim non conuenit statui nostro, quod Nicol. 3. art. 7. §. in sup & Cle mens. 5. art. 7. §. proinde, fo. 57. & fo. 30. est, & serena conscientia. q. 9. &

9. & Bonauentura. tract. 3. in sua apolo gia. c 7. 9. 12. & in expositio ne regulæ. c. . 6. & quatuor magistri. capit. 6. & Hugo de sancto vi ctore. lib. de institutione nouicio- rum. cap. 12 . & communis animi conceptio omniũ rectè sapientiũ habent, scilicet quòd nobis nõ licet viuere abundãter more dominorum prębendatorum habentium reditus. Quia sumus in statu mendicitatis & pœnitentiæ. Et constitutio generalis Barchinonensis. c. 4. sic ait, omnes fratres contenti esse debent de decenti substentatione naturæ. Taliter quippe est necessitati satisfaciendum, quòd carnalitas non vendicet sibi locum, præsertim cũ fratres teneantur ad arctos vsus, qui in regula ponuntur, ideò omnis superfluitas tollatur & pauci sint contenti, cum vniformiter cum alijs qui reditus possident, prouideri minimè possint, prelati tamẽ sint soliciti vt licitis modis

Defensoriũ a. l. 2. positionem.

Et Ioannes Philippus in sua declaratione.

& honestis fratrū necessitatibus succurratur: vt præcipitur in Cōcilio Tridentino. se. 25. cap. 2. supra citato, & serena conscientia dum de vilitate pannorum tractat, sic ait. Cæterum sicut de vilitate vestium sic etiam in parcitate ciborum & austeritate debēt esse à deliciositate hominum elongati fratres: verumenimuero sæpè in hoc multum offendunt fratres qui pitantias procurant fieri à secularibus, maximè in capitulis generalibus & prouincialibus & in alijs conuiuijs nimis lautis. Hæc ibi. Et auctor conformitatum dicit beatum Franciscum asserētem, signū esse extincti spiritus quando fratres multiplicibus cibis & molib' vestibus vtātur, & addit serena cōscientia. Qui moles prohibet tunicas, multo fortius & delicatis cibis vti: quia facilius inclinatur homo ad peccandum ciborum sumptione nimia, quam molium vestium vsu. Sed non omnis superfluitas nisi

Bonauē tura. 2. c. suæ declarationis.

nisi notabilis & pro multo tempore, erit peccatū mortale & hoc in omni statu. Sed si prælatus aliquid ex vsu alicuius fratris aufert, si frater murmurat cōtēdens coram superiori, talis est verus ꝓprietarius: etiam frater qui contēdit de aliqua re aduersus fratrem maximé de pecunia & coram prę lato & cecus est prælatus qui tales contentiones audit. Limitatio.

II. Conclusio.

NOn solū vsu illarum rerū quæ ad cōseruationē naturę requirūtur licitus est, sed eorum quæ faciunt ad voti cōsummationem. Ideo possumus vti necessarijs ad celebrādum diuinum officium, & libris qui requirūtur ad officiū prædicationis: sed superfluitas semper intelligitur interdicta, quę vt auctor conformitatū rit, attenditur in numero, quia si vnum sufficit, duo superfluūt, &

in quantitate, multũ superfluit si parum sufficit, & in sumptuoso si vilè, & indecore preciosum & speciosum, si despicabile: & diuus Bonauentura ait. Quoniam paupertas, est nostra prærogatiua sublimis, sic sumptuositatem ędificiorũ vestium librorum ac ciborum, studeas amputare, quòd à perfectione & à professione obseruantiæ non discordet. Fedum enim est & profanum paupertatis se professorem asserere & rerũ penuriã pati nolle. & Nicol. 3. nunquam, inquit, regula concedit nisi necessarium rerum vsum. Vnde dicitur, quòd sit quoad dominium omnimoda abdicatio & in vsu necessitas: constat enim quòd si abunde deliciosa, vel curiosa, & molia in vsu sunt, talis paupertas magis ridiculosa quam sanctissima & altissima censenda est. Idem docuit diuus Bonauentura & colligitur ex regula vbi dicit. capit. 2. possint repetiare de saccis, &c. Et huic

huic paupertati debet paucitas ci borum aſsimilari.

¶Hinc paupertas noſtra attenditur in duobus. Vnum quòd non habeant aliquid fixum ſicut reditum, vt capit. 4. diximus concluſione. 18. & hoc eſt quod dicit. Sint tanquam aduenæ & peregrini, alterum quòd habeant pauper tatem quantum ad vſum, quia debent eſſe mēdici, ideò ait: Vadant pro eleemoſyna, & ideò vocatur paupertas ſanctiſsima, ideſt fructuoſa: & altiſsima quæ omnes excedit: nec ſummus pontifex pateretur in Bulla ſic appellari, ſi ad vſus arctos non obligaret. Hinc ſi frater habet librum quo de præſenti non vtitur nec indiget, & dare nec præſtare vult indigenti, eſt proprietarius. Et quando non vult manifeſtare ſuo prælato. Corroli

III. Con-

III. Conclusio.

CAuere tenemur abūdantiā, opulentiam, prætiositatem in ædificijs domorum, ecclesiarum & vasorum ecclesiasticorum, & habetur. cap. exiui in Clementina. art. 7. §. hinc est, fo. 61. Et Hugo. cap. 4. & 6. super regulā, dicit, artem demonum esse sub specie cultus Dei, destruere paupertatem sanctissimam, vt apparens deuotio, (vt Clemens. 5. cap. exiui. §. hinc est, & §. quamuis) veram ꝓpositi deuotionem extinguat, sed ad serenandas conscientias Sixtus 4. ff. 63. 67. concessit nobis posse habere paramenta aurea & alia huiusmodi ad cultum Dei pertinētia: & Leo. 10. fff. 15. idem concessit. Et constat Papā fuisse sufficiēter informatū, vt patet ex relatione ipsius priuilegij, & habuisse causam rationabilem ad dispensandum, & sic credendum est,

In cōm pendio tit. ornamenta, & Cordubēsis in suo compendio eodē titul.

hoc licere dum nobis non cōſtat manifeſtè oppoſitum vt commu nis regula doctorum vtriuſque iu ris teſtatur, & Papa cenſetur habe re in ſcrinio pectoris ſui omnia iu ra communia vt habetur extra de conſtitutionibus in. 6. capit. 1. & huiuſmodi eſt, declaratio & obli- gatio nr̄æ regulæ. Vt Clemens. 5. in ſua declaratione, quæ eſt inſer- ta corpori iuris, docet. Quare lici tè poſſumus vti prædictis diſpen ſationibus. Idem docet beatus Bernardinus in ſua epiſtola art. 4. quæ habetur. ff. 27. & idem de ædificijs & eccleſijs & ſepulturis. Vt in compendio. tit. ædificare titul. eccleſiæ. titul. ſepulturæ. Et Bonauentura. queſtio. 6. docet quibus rationibus poſſumus habe re domos amplas, altas & fortes, & in tractatu, de diſpenſatione fra- trum in principio idem habetur. Et hæc diſpenſatio eſt cum purita te obſeruantiæ regulæ, quia non eſt cōtra illud. cap. 6. nil ſibi appro

Fol. 64

De ædificijs. Fo. 61.

prient fratres, quia hæc pretiosa supradicta, non appropriamus nobis. Neque contra vsus arctos, quia non tenemur ad aliquos nisi ad eos qui in regula continentur: & eo modo quo ibi continentur & non aliter. vt. c. exiui ar. 8. §. ex pręmissis. f. 62. & omnia quæ sunt in declarationibus Pontificũ non sunt regula neque obligãt vt regula. Et arcti vsus ad quos tenemur sunt omnia præcepta tãgentia paupertatem vt dictum est supra cap. 6. cõclusione. 1. & in principio huius operis fundamẽto. 5. corrol. 4. verũ enimuero ad vsus arctos omnes, cõformes statui nostro, obligamur vt & nõ omnis superfluitas erit peccatũ vt suprà in fine. 1. conclusionis, neque trãgressio regulę: & illi tales erunt vsus arcti qui conformes sunt iudicio prælatorum & rationabili cõsuetudini patriæ & qui ab omnibus tales iudicantur, pręsertim à viris approbatis & quando est in hoc aliquis

Vt Cordubensis in suo cõpẽdio ti. statuta maximè quę sunt vltra regulam & pręter regulam, vt fundamento. 5. diximus.

Vt sup. f. 61. p. 2. &. f. 62. p. 2.

aliquis abuſus,ſolum peccant introducentes, & conſentientes ſi ad eorum officium pertinet. Et quilibet qui commode, & legitime, & debite non reſiſtit, & non alius qui ob aliquã neceſsitatem, vel ſcãdali vitationẽ tacet, & non placent ei tales abuſus: quia tunc non eſt cauſa poſitiua, omiſſiua ſeu commiſsiua vel interpretatiua, & ita nõ participat peccato aliorum: vt diuus Bernardinus in ſua epiſtola. art. 4. docet. Sed fratres qui nolunt paucis contentari nec parati ſunt ad pacientiam ſi eis non adueniat victus ſemper ordinarius, ſed ſtatim murmurant, & conturbant domum & prælatos, & ex hoc mouentur prælati, vel alij fratres, ad prædictos abuſus, tales ſunt cauſa abuſionum. Vt Bonauentura. ca. 2. &. 4. &. 6. & Bartholomæus Piſanus ſuper diſpenſatione fratrum. cap. 2. & ſerena conſcientia.

quæ-

quæstio.11.cap.10.exponunt. Et Scotus in . 4. d.15. quæst. 2.art.3. quæstus superfluos condemnat & esse furtum affirmat. Et Bonauentura in fine secundi capitis suę declarationis dicit. Non est ergo fratrum vti cibis & potibus delicatis sicut neque vestibus coloratis, & paupertatem & pœnitentiam profitentibus: carnes sunt vitandæ in suis domibus extra casum necessitatis duplicis. s. infirmitatis & necessitatis manifestæ: quòd bene nota tu qui quæris pecunias ad emendas carnes extra necessitatē cum B. pater Franciscus nunquã emerit carnes, & ad ædificia preciosa & ad alias superfluitates, qui ad vsum arctum rerum & moderatum obligaris. Et Hugo dicit ꝙ fratres per mundum euntes carnibus si appositæ sunt, vti possunt. Et quòd hęc fuit intentio beati patris Francisci quando dixit, de omnib⁹ quæ apponũtur: euntibus scilicet per mundum, liceat manducare

ducare: in hoc casu & non in domibus proprijs & non per hoc dico quòd peccant mortaliter: quia vsus carniũ moderatus cõformis nostro statui, licitus est. Et fratres non possumus esse executores testamentorum quando aliquod litigium iudiciale inde nobis paratur, vel quando aliqua res venit vendenda, vel distrahẽda, vel pecunia distribuenda: patet in Clementina exiui. art. 7. §. verum, & ex Nicolao. 3. sed bene possunt fratres esse cõsultores puri ad prædicta dummodo ille cui consiliũ dandum est, non sit statim intraturus nostram religionem, vt serena conscientia. q. 20. docet.

c. exiui. §. cum etiam. Fol. 56.

Fol. 59.

Fol. 53.

IIII. Conclusio.

SEd bene possumus esse electores aliquarum personarũ vbi nulla pecuniæ distributio, aut administratio, seu cõtrectatio, nobis acquiritur: neque actio vlla aut liti-

Supra. fol 60. p. 1.

litigiũ in iudicio, aut ius aliquod nobis prouenit aliquomodo. Ita enim possumus esse electores & executores testamentorum, quia licitum est nudum consilium dare & licita est nuda electio, vel executio, quamuis pauperi electo per nos, oriatur actio seu ius in iudicio ex nostra electione & consilio, vt serena conscientia tradit quæst. 2. & possumus nominare aliquas personas quæ recipiant & dispẽsent aliqua legata nobis aut subditis nostris. Sed non possumus esse fidei iussores neque fidei commissarij nec accipere fidei cõmissum, vt Petrus Anchona in Clementina exiui, ait. Neque possumus esse procuratores & aduocati pro temporalibus, quãuis possumus charitatiuè, & iprudenter intercedere, & esse iudices arbitri ad sedandas lites amicabiliter cum debitis circunstantijs, de licentia prælatorum. Vt Gregorius. 9. Innocentius. 4. & in

in compendio.titul. exemptio.

¶Nec possumus nos intromitere in matrimonijs & spōsalibus seu nuptijs quarumcunque, tractandis, quia talia negocia dedecent religionem prȩsertim nostram, & sȩpe scandalizantur videntes nos intromissos negocijs secularibus. Non tamen facere prædicta est mortale: nisi quando notabile scādalū probabiliter sequeretur, & quando prohibetur per obedientiam, vt in tractatu decē plagarum paupertatis, plaga.2.ponitur, & implicitè per Clementem. 5.artic.7.§. amplius, &c. Insinuatur.fo.59.

Sequitur in regula. Vadant pro eleemosyna confidenter, &c.

V. Conclusio.

FRatribus licitum est viuere de eleemosynis & mendicare & est super erogatorie meritorium. Et probatur, quia licitum est viuere de re sibi debita, sed religioso est debita substentatio ad victum & vestitum & officij executionem, quia semper tribuit frater populo beneficium spirituale prædicando, vel altari ministrando, vel sacrę scripturæ studio incũbendo, meritis & exemplis proficiendo, quare debetur sibi eleemosyna. Et etiam iure paupertatis euangelicę, quia promittitur cẽtuplum relinquentibus omnia. 1. Cor. 9. si spiritualia seminamus, &c. Et Tho. 2. 2. quæst. 187. art. 4. & 5. & diuus Bonauentura Apologia pauperum, & Nicolaus. 3. hoc decreuit. c. exijt & ideo dicit seraphicus pater noster. Vadant confidenter pro eleemosyna his

In hoc volum. fol. 27. Lege angles. q. de mendi:

ratio

rationibus debita, & Bernardinus de Arebalo dubio. 12. aſſignat aliquas conditiones ad hoc quòd ſit licitum & meritorium mendicare, & quòd multoties quamplurima emuntur quæ mendicando ſæpe inuenirentur, ſed præ verecundia fratres malunt illa emere.

VI. Concluſio.

ILlicitum eſt viuere de eleemoſynis & mendicitate, fratribus nolentibus patienter contenti eſſe neceſſarijs ad vſum moderatum rerum, & ijs qui non recompēſant in ſpiritualibus. Et probatur quia tanto erit bonum relinquere ſua, quanto tollit ſolicitudinem impedientem à diuinis, quare ſi aliter eueniat aliquibus, ſcilicet quòd per mendicitatem efficiantur magis ſoliciti ad temporalia & impediantur à diuinis, iam non erit eis bonum ſed illicitum relinquere ſua, & mendicare aliena. Hoc teſtatur

Mendicitas vrgẽte necessitate est licita, de ficiẽte vero, illicita vt Augustin. Psal. 65.

Gregorius.3.parte. pastoralis admonitione.22.& Chys.tra.de dignitate sacerdotali. lib. 3. capit. 16. & Hugo. cap. 6. quia mendicitas est signum verę paupertatis & quãdo deest egestas tunc mendicans, ad superfluitatem, hypocrita est & raptor eorum quæ sunt pauperũ. Et ibi est mendacium cum Hypocresi & fingitur ægestas quæ non est. Et quid risu dignius quã quærere cum auiditate maxima, labore, & infœlicitate & contemptu & cum mala conscientia, ea quæ liberaliter dimissa sunt? Ideo ad arctos vsus est mendicandum & honeste scilicet, nõ importune neque procaciter neque adeo verecunde quòd superbiam redoleat: sed honeste humiliter, corde, verbo & signo, vt non tanquam imperiose & ex debito aut iocose, & inimice petant, nec si verecunde vt pusilanimiter aut superbe omittant officium hoc humile. Et hoc confirmatur ex eo ꝙ Christ⁹ qui (vt diu⁹

Ber-

Bernardus & Bonauẽtura dicũt) mẽdic⁹ fuit quãdo remãsit in Hierusalẽ, & beatificauit mẽdicos quã do dixit, beati pauperes. Et litera grȩca habet, beati mẽdici, vt Chrysostomus Grȩcus doctor docet, & beatus Paulus mendicauit pro alijs pauperibus Ro. 15. & Gala. 2. & qui mendicat non modis supradictis, sed ex cupiditate diuitiarũ, si extra latitudinẽ & statum pauperũ est, hic peccat mortaliter & tenetur mendicatũ pauperibus restituere. Quia talis vsurpat eleemosynas pauperũ, & similiter questores fingentes mirabilia peccant & tenẽtur restituere. Similiter peccant qui ociose volunt viuere de eleemosynis datis monasterio: vt sunt religiosi, laici, & sani, & robusti vt supra. cap. 5. diximus, & omnes qui omittũt actuus eligiosorũ viuendo de eleemosynis: & etiã đ alijs reditib⁹ monasterij, peccãt: & quãdo est ingratitudo mortalis, mortaliter: alias venialiter qa

Mat. 5.

Angles vbi supra. Cordubẽsis in quæst. 98. Bartholomæus Medina mandato. 8. §. 35.

tenentur benefactoribus gratiam retribuere: suis religiosis actibus, satisfaciendo pro eorum peccatis: vt Psal. 104. dedit eis labores gentium vt custodiant iustificationes. & Oseæ. 4. peccata populi comedunt & Leui. 9. 12. nu. 15. 31. & Gerson Alpha. 40. lib. 9. & Alpha. 77. lib. 9. verum talis frater ingratus male viuens fraudulenter vtens eleemosynis & ociose, non tenetur ad restitutionem, quia est in statu pauperum, & quia libera fuit donatio: sed est priuandus vsu talium bonorum seu eleemosynarum sià prædictis non desistat: vel si male viuat, quia tale peccatum non est in vsurpatione rei alienæ sed in abusu rei sibi concessæ. Et diuus Bonauentura. quæst. 8. vitiosos in hoc, excusare non audet licet excuset nos modo multa petentes quia multi sumus.

¶ *Sequitur in regula. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis.*

NOtandum est esse quãdam paupertatem imperfectam quæ cum paupertate spiritus nil superfluum retinet temporale sed solum retinet quod est necessitatis. Alia verò est perfecta quæ cum voluntate spiritus nec necessarium vitæ (tanquam proprium) retinet sed ex Dei prouisione pendet, quæ quidem paupertas dicitur mendicitatis & talis videtur paupertas fratrum minorũ quę hoc capite comprehẽditur ijs duobus, scilicet quòd non habeant aliquid fixum sicut reditum, ideoque dicitur, sint peregrini domino famulantes, & quantum ad vsum ita sint pauperes vt etiam sint mendici & vadant pro eleemosyna, &c. Et diuus Bonauentura in epistola

Vide quatuor magistros. c. 6.

ad magiſtrum innominatum & ſu per hunc locum ita ſcribit: ſanctus Franciſcus non loquitur de penuria rerum in exteriori ſed de abdicatione dominij & iuris cuiuſcunquè ciuilis, & abſtractione ſolicitudinis temporalium & quòd ſint fratres de ſolo Deo pendentes affectu. Et in ſua apologia ſic ait, Euãgelica paupertas pro eo quòd à terrenis ſpiritũ ſubleuat: & quæ in cœlis ſunt, theſaurizat: ſuadet nudare fratrem ab omnibus quo ad affectum & arcta ſuſtentatione eſſe contentum quo ad vſum, & idẽ ſuper hoc caput dicit. Ideo paupertas noſtra dicitur altiſsima. ſ. quia à mundo remotiſsimos, & regno cœlorum ſumme vicinos & excelſos facit: & vitæ æternæ. Similimos: vbi nil terrenum proprium eſt, vel commune, ideoq; in regula dicitur. Quę vos chariſsimos fratres hęredes regni cœlorũ inſtituit, quia omnia dimittẽtibus promittitur vita æterna vbi eſt

Deus

Deus omnia in omnibus, & pauperum dicitur esse regnum cœlorum. Et ad hoc ordinatur paupertas vt per eam liberati ab impedimentis & solicitudinibus præ cæteris in omnibus celsiores simus sicut in hac paupertate sumus cęteris arctiores, & paupertas non solũ, bona est sed laudanda, vt diuus Bernardus docet, sed in quantum liberat ab illis quibus homo impeditur quominus spiritualib⁹ intendat. lege Tho. 2. 2. quæst. 184. articul. 3. & 4. Mat. 5.

¶ *Sequitur in regula. Hæc sit portio vestra quæ perducit in terram viuentium.*

ID est eo ipso quòd in terram morientium fratres minores nil quærunt, hac portione perducũtur ad terrã viuẽtiũ. Cui dilectissimi, totaliter inhęrentes ita vt omnia quæ in vsu sunt, hanc prædicent abdicationem, vt scilicet nil

aliud, pro nomine domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cœlo habere velitis. Hæc ex Beato Bonauentura. cap. 6. sed ad conseruationem paupertatis maximè conducit eamq; extollit, vsus pauper: & eo magis quo est vsus strictior, & abdicatio nō solum in particulari, sed in communi, quia abdicatio (quantum est ex se) tollit omnē solicitudinem, si paucis cōtenti sint fratres sicut debēt, & tollit superbiā & vicia superfluitatis & facit expiationem culparum: Vt diuus Gregorius in homilia de paupere mendico docet, & peccatorum radices & occasiones extirpat, & disponit ad virtutes acquirendas & conseruandas, & à mendicitate oriuntur multæ virtutes, & ideo paupertas vocatur mater religionis à Guillielmo Parisiensi, & disponit ad aliorum ædificationem, vt inducantur ad mundanorum contemptum, & spem in Deo reponendam. Et nos fratres dispo

nit ad debitam prædicationem euangelicam, expeditius, liberius, constantius & minus tepide, exercendam, quia qui nil habet nil timet amittere. Et audientes, tunc vident quòd nō sua sed ipsos & eorum animas quęrimus ad salutem. Ideo quādo Christus misit ad prędicandum prohibuit ne deferrent vel acciperēt aurum, vel argētū vt Chry. hom. 16. 46. & Gerson: suma Alpha. 10. li. 9. Alpha. 10. tradunt. Matt. 10.

¶ Et nota quòd fuit error damnatus per Ioannem. 22. in sua extrauagan. quam affert Floren. 4. pri. titul. 11. cap. 7. §. 4. dicentium nullum seruasse euangeliū post Christum, & matrem eius & apostolos, nisi beatum Franciscum, quanuis sit verum paupertatem euangelicam in suo excellenti gradu, nullum solemniter professum fuisse post Christum & Apostolos nisi beatum Franciscum de quo dictum est. Reuelasti ea paruulis, quia talis professio omnibus fuit

abſcondita. Sed talis paupertas &
Matt: 11. mendicitas, malè diſpoſitis qui no
lunt paucis contentari, nec ſunt
parati penuriam pati propter obſeruantiam regulæ, & nimiam ſolicitudinem habentibus, eſt occaſio multiplicium viciorum oppoſitorum ad prædictos fructus, ſcilicet, impacientię murmurationis, auaritiæ ſolicitudinis, noxiæ diſtractionis vagationis tedij ad ſpiritualia, cęcitatis animæ, obſtinationis, durici ei cordis, mendacij Hypocriſis adulationis ſymoniæ turpis lucri rapinæ ſcandali & eſt deſtructio totius religionis & occaſio perditionis finalis. Et iſtis conſultius fuiſſet ſi aliam religionem reformatam intraſſent vbi cõmuniter viuitur habendo proprium in communi cum minore diſtractione & ſolicitudine. Sed non propter hoc debet condemnari paupertas iſta altiſsima & ſanctiſſima euangelica, quia de ſe eſt primum fundamentum ad perfectionem,

nem, vt diuus Thomas. 22. quæſt. 184. artic. 4. & Bonauentura vbi ſupra qui & quæſt. 4. multos fructus paupertatis annumerat.

Cap. VII.

Sequitur in regula, & ſi qui fratrum inſtingāte inimica, &c.

FRatres tenentur ex vi regulæ recurrere pro abſolutione à peccatis mortalibus reſeruatis tantum publicis, ad miniſtros vel ad habentes eorum auctoritatem, de ocultis etiam tenemur recurrere: ſed non ex vi regulæ, probatur per Clementem. 5. & Gregorium. 9. & Innocentium. 4. qui dicunt de manifeſtis tantum intelligenda eſſe, hæc verba. Idem habet Bonauentura. capit. 7. & Hugo & Bartholomæus Piſanus & ſerena conſcientia. quæſt. 9. §. 5. & expoſitio ſine titulo. capit. 7.

& ratio est, quia dictum est in regula: vt teneantur recurrere quam citius poterũt: Quod quidem vix fieri posset de occultis: quia oriretur inde occasio suspicandi talem fratrem incidisse in mortale peccatum & esset etiam via reuelandi peccatum occultum.

¶ Deinde videtur non esse de occultis intelligenda regula, nam dicitur in regula, ministri si presbyteri sunt, &c.

Nihilominus tamen tenemur forte, indirecte, recurrere, ex vi regulæ, ad ministros: quoniam hic regula videtur ex consequenti, innuere debitam festinationem pro absolutione peccatorum secretorũ, esse adhibendam, loquendo de acceleratione publicæ pœnitentiæ. Hoc docent serena conscientia & expositio sine titulo. c.7.

¶ Est tamen pro certo tenendum, iure diuino & humano: teneri fratres

tres recurrere pro abſolutione peccatorum occultorum, ad habētem talem auctoritatem, talia peccata abſoluendi, quam citius, ideſt, debitè, ordinatè, &honeſtè ſecūdum formam ordinis. Vt Hugo & Bonauentura ſuper hoc. c. 7. docent, & ratio eſt: quia poſſumus & tenemur efficere, quod de iure tenemur & poſſumus. Sed non ex vi regulæ & abſolutè vt dictum eſt, ergo, &c.

¶ Hinc pro peccatis publicis tenētur fratres, per ſe, vel per amicos vel nuncios, vel per literas, & pro occultis non eodem modo recurrere: & ratio eſt (vt doctores in. 4. d. 17. docent) quia iure diuino poſitiuo: & eccleſiaſtico, non tenemur ſtatim confiteri caſus reſeruatos ſed quando ad confeſsionem aliorum peccatorum obligamur. Alioquin ſi ſtatim teneremur probabiliter tale peccatū reuelaretur aut naſceretur ſcandalum ſeu gra- Corrol.

ue temporale malum, vel confes-
sionis reuelatio quæ iure diuino
& ecclesiastico prohibetur. Cauè
à manipulo fratrum fol.157.& no-
ta quòd capitulum prouinciale &
generale potest reseruare casus vt
serena conscientia, quæstio.8. Et
solus minister generalis & prouin
cialis possunt reseruare casus: vide
in compendio.tit.absolutio, & spe
culum fratrum.fo.44.

Confessores monialium.

¶Item confessores monialium ha
bent auctoritatem prælatorum su
per moniales in foro conscientiæ,
& quo ad causas & sententias, &
habent similiter guardiani, ac vica
rij guardianorum in eorum absen
tia, vt in tabula generali.fo.20. 21.
& fol.105. & in literis guardiana-
tus ponitur prædicta commissio
seu auctoritas concessa guardianis
per prouinciales. Ibi lege quid cō-
mittatur, ex vi sui officij, super ca-
sibus reseruatis & alijs pertinenti-
bus ad officium ministrorum, pro-
uincialium, & vicarijs guardiano-
rum

rum, quia nil aliud niſi quod ſuis guardianis ex vi officij per miniſtros commiſſum eſt. Et hæc auctoritas conceditur actiuè in literis guardianatus ratione ſui officij. Et non poſſunt talem auctoritatem committere alijs, quia commiſſarius particularis non poteſt alijs committere ſecundum ius, vt ſumiſtæ. titul. confeſsio. titul. vicarius. titul. commiſſarius, titul. legatus, docent. Sed nunc communiter conceditur guardianis ex vi officij auctoritas miniſtri prouincialis actiue, & ideò eodem modo poſſunt eorum vicarij committere alijs. Sed hoc non generaliter, ſed particularibus occurrentibus caſibus.

Guardiani & eorũ vicarij quid poſſunt.

¶ Præterea guardiani poſſunt abſoluere hoſpites intra terminos ſuarũ adminiſtrationũ in territorio ſuę guardianię, ſicut poſsunt ſuos ſubditos, & hoc maximè quã do hoſpites debent ibi celebrare & communicare. Vt Paludanus

in

in.4. d. 17. artic.3. conclusione. 4. & sumistæ vt Angelus. titul. confessio.§.11. &Syluester. titul. confessor. 1. quæst. 11. & à censuris possunt absoluere hospites. Vt in compendio.titulo.excommunicatio.titu.absolutio habetur,& guardiani etiam possunt absolui à censuris & reseruatis, per communicationem priuilegiorum, prædicatorum. Vide in compēdio,titulo cōmunicare.

¶ Etiam & prælati possunt committere potestatem absoluendi à cēsuris aliquibus extra ordinem. Sed non vt posint absoluere à reseruatis. Vt sumistæ. titul. exemptus.titul.excommunicatio. titul. religiosus,tit.dispensatio,& in cōpendio sub eisdem titulis habetur.

¶ Sequūtur casꝰ reseruati Generali.

¶ Qui sunt imponere manus violentas in guardianum: & falsificatio sigilli generalis: & retinere literas, ad eum missàs, & moram facere legendi eas, vt non obe

diant

diant: & legere quas mittit & quæ eum mittũtur: & denique compositio libelli famosi cõtra generalem.

¶ *Sequuntur casus reseruati prouincialibus.*

1 PRimus casus reseruatus est, peccatum inobedientiæ contumacis, quando quis trina monitione præmissa congruis interuallis per diem naturalẽ, inobediens perseuerat.

2 ¶ Secundus, peccatum detẽtionis proprietariæ, quarumcumque rerum. s. quando nolunt res vsui suo concessas, concedere alijs fratrib⁹ vel nõ permitterent tales res à prelatis auferri, & quandiu sunt in tali animo, sunt in peccato. Et quando aliquis fratrum habet aliquid contra voluntatem prælatorum ad suum vsum, vel ad faciendum

S de

de ea vt dominus illius, dando, vē-
dendo, distrahendo, dispensando.
Sed quando fratrer abscondit rem
qua vtitur, non animo carendi tali
re, sed potius ne cōfundatur, si præ
latus videat talem rem haberi ab
eo: vtpote si abscondit libros, aleas
vel cartas lusorias, quas habet ne
comprehendatur ad suam confu-
sionem, vel si abscondit literas in
quibus continetur aliquod secre-
tum quamuis damnosum, quod
non vult sciri à prælato, vel si ab-
scōdit sermones ne sciantur à prę-
lato eorum fabricæ, tales res non
absconduntur vt res sed vt secre-
tum culpabile.

3 ¶ Tertius casus, peccatum lapsus carnis tam secum quam cum alia persona.

4 ¶ Quartus solicitatio ex certa sciē tia ad peccatum carnis siue fiat per literas amatorias seu requi- sitorias inducētes ad peccatum tale

tale tacite, vel expresse, per nuncium per signa, verba & dona: cum intentione determinata inducendi ad peccatum, & etiam cum ipsomet inducendo ad talem finem, quamuis non subsequatur ipsa pollutio, sed hoc melius sub. 5. casu.

5 ¶ Quintus casus tactus quicunque impudicus & enormis cum quacunque persona etiam cum seipso, factus. Sed si est tactus ex Ludo, vel leuitate & non libidinose, non erit reseruatus. Et debet esse enormis, idest valde impudicus & extra ordinarius vt Caie. 2. 2. q. 54. art. 4. tenet.

6 ¶ Sextus, furtum rei notabilis seu frequenter iterarum. Vt Adrianus quoli. 6. art. 2. & quoli. 7. art. 2. tradit.

7 ¶ Septimus, iniectio manuum violentarum siue in secularem ita vt sit peccatum mortale.

8 ¶Octauus, falsum testimonium in iudicio.

9 ¶Nonus, falsa criminato in infamiam cuiuscunque, idest quòd falso imponat aliquod crimen dignum correctione publica.

10 ¶Publicatio, vel compositio libelli famosi, & ab ipso iure communi est excommunicatio ipso facto Papæ reseruata contra facientes tales libellos contra ordinem nostrum, vel prædicatorum vt sumistæ tradunt.

11 ¶Falsificatio sigilli cuiuscũq; personæ notabilis, idest constitutæ in dignitate ecclesiastica, vel laicali, vt sumistæ. titul. dignitas titulo persona, scribunt, & persona notabilis est tabellio seu notarius, & sub sigillo intelligẽtiam subscriptionem.

12 ¶Duodecimus quando accusatus in-

inquirit de nomine accuſantis.

13 ¶Tertiodecimus, reuelatio nominum accuſantium.

14 ¶Quando deponit falſe, vel ad hoc faciendum aliam perſonam inducit lege ſpeculum. folio. 44.B.

¶Circa caſus reſeruatos eſt animaduertendum conceſsionem Alexandri. 6. factam guardianis vt poſsint reſeruare caſus, fuiſſe reuocatã in capitulo aſiſsij anno. 1566. celebrato. Vbi ſolis generalibus & prouincialibus hoc conceditur vt ſupra dictum eſt, & circa. Solutionem iſtorum caſuum animaduerte quòd quando rationabilem ob cauſam dubitatur, poſsit ne abſolui à tali ſacerdote vel an ſit caſus reſeruat⁹, tunc poterit ſtãte dubio, per conceſsionem Sixti. 4. ad cautelam abſolui, nec tenebitur iterum confiteri. Et ratio eſt quia

dum manet dubium, valet absolutio quæ etiam postea (sublato dubio) tenet. lege Cordubensem. c. 7. quæ. 5. & tabulam generalem. fol. 102.

❡ Cap. VIII. Uniuersi fratres vnũ de fratrib⁹ istius religionis. &c.

EX vi regulæ tenentur fratres habere generalem & est futurus vnus professus istius religionis. Vnde non videntur fratres istius religionis qui huic non obediunt, quamuis ex dispensatione Papæ liceat, subditos esse alio prælato. Et de generali quomodo est eligendus, & deponendus & quibus de causis, vide in libro conformitatum confor. 12. cap. 32. & in serena cõsciẽtia. quæst. 93. & quęst. 90. & in cõpẽdio. fo. 32. li. 10. &c. & in isto. fo. 42. p. 2. & f. 62. p. 2.

Conci. Tri. se. 25. c. 6.

¶ Cap. IX. Fratres non p̃dicẽt in episcopatu, &c.

MVlta fuerunt concessa prædicatoribus religionis nostræ vt videre licet apud Nicolaum. 3. artc.6. §. verum, & in speculo additione.17.& in Clementina. cap. dudum de sepulturis.Et in serena conscientia. quæst. 94.& apud Hugonem & Bartholomæum Pisanum super hoc. cap. 9. & Bonauenturam in epistola ad magistrum innominatum, sed iam omnia limitata sunt: & ad ius commune redacta per Concilium Tridentin. se. 24. capit. 4. vbi præcipitur: ne vllus religiosus etiam in ecclesijs suorum ordinum (contradicente episcopo) prædicari præsumat, & in sessione. 6. capit.2 . idem habetur. Nisi forsam Concilium intelligatur sicut constitutiones generales declarãt.

In isto. fo.41. p.1.

Et prouinciales ministri possunt creare prædicatores & eos suspendere. Vide in mari magno.ſſo.39. & apud Nicolaum.3.art.6. & Clementem.5. & methodum prædicā di fructuosissimam tradidit seraphicus pater noster Franciscus dum dicit, sint examinata & casta eorũ eloquia ad vtilitatem & ędificationem populi, annunciando eis vitia & virtutes pœnam, & gloriam cum breuitate sermonis, quia verbum abbreuiatũ fecit dominus super terram. Quam quidem formā prædicandi, Concilium Tridentinum, vbi supra approbauit.

¶ Ex his patet ex vi regulæ officiũ pdicādi specialius nobis incūbere vt capite.5. notauimus: fuit enim ad prædicādum nostra religio instituta, vt diuus Bonauentura in hoc capite docet, & in epistola ad magistrum innominatum, & quæstio.3. affirmat, & docet. Vnde etiam necessario nobis incūbit diligentem literis operam nabare

quę

quæ non extinguat ſpiritum orationis & deuotionis.

Cap. X.

Fratres qui ſunt miniſtri & ſerui aliorum fratrum viſitent, &c.

I. Concluſio.

OMnes prælati qui in ſpiritualibus vocantur miniſtri & in temporalibus ſerui, tenentur iure diuino viſitare & corrigere ſuos ſubditos, & ratio eſt, quia paſtor tenetur vultum pecoris ſui agnoſcere & curare, & ratione ſui officij prouidere. Cōſtat ex concilio Tridentino. ſeſsio. 25. cap. 1. &. 2. & ſerena conſcientia, quæſt. 97. Clemens autem quintus docuit non obligari ex regula ſed ex iure diuino vt dictū eſt, cap. 3. quia. 8. admonitio eſt &. 9. vt. fo.

92. & non præceptum regulę. Et dicit, visitēt, id est frequēter videāt, inquirāt diligenter fratrum conditiones & mores, & moneāt adhortando ad id quod melius est. Corrigant scilicet ab excessibus, & diuus Bonauētura sic interpretatur. Visitent socialiter, moneant iudicialiter, &c.

Lege sumistas tit. visitatio, & tit. correctio.

¶ Quo autem modo ministri interrogare tenentur, docetur in tabula generali. ff. 105. quòd si prælati defecerint (quod Deus auertat) poterunt episcopi visitare nos. Ita diffinitum est in concilio Tridentino. session. 21. cap. 8. & sessio. 25. cap. 4.

Animaduerte circa hoc caput quando prælati in suis visitationibus possint inquirere, & subditi tenētur respondere, & quando peccata fratrum suorum & excessus prælatis suis denunciare, præcedēte. s. correctione fraterna, vel non præcedēte, de quibus omnibus rectissimè disseruit Angles in quæst.

de

de correctione fraterna in.2.parte Florum quarti libri sententiarum lege etiam Sotum de iustitia. l. 5. quæstio.5.art.1.&. 2. & Bartholomæum de Medina in sua suma mã dato.5.§.16.& Soto. Vbi supra.lib. 5.quæst.6.art.2. vide etiã in decretalibus.lib.5.tit. de accusationibus & ibidem.tit.22.

SEquitur in regula. Firmiter præcipio eis vt obediant ministris.i.prelatis, in omnibus iuxta volũtatẽ prælatorũ suorũ, quando illã, vel expresse, vel tacite, vel interpretatiuè declarant, seu aliquomodo præcipiendo insinuant. Hoc.n.præ cæteris religiosis ex vi regulę tenemur Frãciscani seruare, obediẽdo in licitis & honestis, &c.

SEquitur in regula. In omnibus quæ promiserunt, idest, non solum ad omnia quæ sunt sub regula, verum etiam ad ea omnia quę (ratione probabili) ad regularem vitam ordinantur. Et confirmatur ex regula vbi dicitur obe-

22.q.104 art. 1. & 22.q.186. artic. 9. Sylue. tit. obedientia. tit. pręceptum.

obediant in omnibus quæ nō sunt contraria animæ & regulæ, idest implicitè, vel explicitè. Vt Bonauentura super hoc caput declarat, seu vt Hugo exponit. Obediant in omnibus, scilicet, ad quæ se astrinxerunt & quæ ad ipsorum obseruantiam spectant & ad vitandas transgressiones pertinent. lege cap.1. libri.5. decretalium. titul. 31. & Thomam. 2.2. quęst. 104. artic. 5. &. 2. & Caic. 2.2. quæst. 88. artic. 8. & Syluestrum. titul. religio & speculum. fol. 42.

Sequitur in regula. Et nō sunt contraria regulæ & animæ, &c.

¶ Pro maiore declaratione sit.

II. Conclusio.

Frater non tenetur obedire suo prælato præcipienti contra

tra animam aut cõtra regulam, nisi in casu quo ipse prælatus possit probabiliter dispensare contra regulam aut aliud ius contra quod præcipit. Hæc est communis doctorum sententia. Intellige vt suprà diximus, capit. 2. conclusione 5. posse prælatos dispensare in duodecim præceptis regulæ. Et ratio conclusionis est, quia subditi tenẽtur obedire suis prælatis pręcipientibus, in omnibus quæ non sunt cõtra animam suam, qualia sunt supradicta quando prælati dispensant & illa quæ sunt infra regulam, verbi gratia, si prælatus præcipiat vt fratres aliquam corporalem & honestam recreationem, exerceãt quod regula non prohibet. Nam hęc possunt ad vitam regularem ordinari, feruentiùs inde exercendam.

¶ Deinde quod non est necesse ad salutem, propter obedientiã est omittendum vt habetur. 11. quæst.

3. cap.

3.cap. quid ergo. Et ratio eſt quia virtus obedientię ſupplet boni omiſsi excellentiam.

¶ Pręterea tenentur ſubditi obedire in indifferentibus quę dicũtur eſſe præter regulam. Niſi conſtaret manifeſtè talia eſſe vana & fictitia & fatua ex genere ſuo ſiue ex circunſtantijs. Ita docet Thomas.2. 2. quæſtio. 86. articulo.5.& 4.& quęſtio.104.art.5.ac.3.

III. Concluſio.

QVando ſuper regulam ſimpliciter ſeu quando ſtrictior vita quam promiſſa eſt, aliquid præcipitur, nõ tenetur frater prælato obedire. probatur auctoritate diui Bernardi. lib. de præcepto & diſpenſatione. Nil (inquit) mihi præcipiat prælatus eorum quæ non promiſsi neque augeat neq; minuat. Tamẽ aliquãdo

do prælati poſſunt facere ſtatuta, arctiora & præcepta dare ſtrictiora pertinentia ad reformādā regulā promiſſam, & talia ſtatuta non poſſent dici ſuperius, ſed ſecundum ius & pro iure, quæ omnia in voto obedientię comprehenduntur & facit ad hoc. c. finale de ſtatu regularium. lib. 6. vbi monialibus indicitur clauſura quę non erat in regula earum, quia ſic expediebat ad caſtitatem ſeruandam. Et idem pręcipit concilium Trident. ſeſ. 25. Et quilibet pręlatus pręcipere poteſt ad cautelā peccati futuri pręcauēdi, libidinoſo à natura & grauiter tentato, grande ieiunium diſciplinam, &c. Sed nō tenetur ſubditus obedire, niſi quando veriſimiliter videt aliter ſe non poſſe euitare peccatum, quia talis cauſa non eſt neceſſaria ſed de conſilio, ad regularem vitam pertinens: ſed ſi eſſet omnino neceſſaria aliqua diſciplina & ieiuniū teneretur ſubditus obedire: vide. titu. ſtatuta.

Hinc

Corrol. ¶Hinc si pro impetranda pluuia, seu pro plagæ remotione, præcipiatur disciplina seu ieiunare tot dies, tenetur subditus obedire, quia pertinet ad regularē vitā se cū alijs cōformare. Quāuis si alicui particulariter præcipiatur, non tenetur nisi quādo ad regularē vitā id esset aliquomodo expediens seu necessarium: de quibus casibus difficile est iudicare propter circunstantiarum varietatem. Ideò in dubijs stādum est iudicio prælatorū & obediendum.

IIII. Conclusio.

PRælati aliquomodo possunt cōtra cōcessiones regulę, & libertates, in aliquo casu (causa rationabili interueniente) pręcipere: ratio est quia licet libertas generaliter & concessio concedatur, modificatio tamen, quādo & quomodo talibus concessionibus vti expediat, vel non vti, ad prelatos

ſpectat quemadmodum ex ipſa regula in alijs reb⁹(licet prohibitis) diſpenſare prelati poſſunt, vt ſupra.cap.2 . & .cap.3 .diximus, & confirmatur exemplo. Nam Papa vſum carnium poteſt pro tempore Chriſtianis prohibere. Vide Hugo . cap.8. qui dicit, ſubditos prælati ſui mādatum in (tali caſu) conceſsionibus regulæ, debere anteponere: propter bonum obediētiæ & vniformem pacem. V. cauſa. Si præcipiat prælatus ne repetient tunicam vel vt habeant duas tunicas ſiue vt calceamentum portent, &c. Propterea quòd conceſſio regulæ (in his ſine quibus religio, non conſiſtit) preiudicare nō debet. Hæc diuus Bernardinus in 3. opere de obedientia. art.3. in reſpon.ad.12. non tamen prælatus ieiunium de epiphania imponere poteſt, vt præceptum cōmuniter obligans omnibus: quia ſic eſſet coarctata regula & precipere ſuper eam. Bene tamē ex cauſa vel

T culpa

culpa vt ſupra diximus.
¶ Præterea prælatus non poteſt pręcipere martyrium neque vt ſe exponat ſubditus, periculo mortis: neque vt ad arctiorem vitã ſeu ſtatum tranſeat: neque vt ſit in cõtinua contemplatione, & aſsidua vitæ auſteritate notabiliter. Vt diuus Bernardinus in. 3. opere ſermonum de obedientia. art. 3. tradit, & clarum eſt quòd ſubditus tenetur obedire prælato præcipiẽti ſecundum regulam, puta ſi præcipiat quòd vilibus induatur, &c. Et ea quę ſunt implicita, vt obſequia communia ſicut facere ſacriſtiam coquinam, &c. Et quæ faciunt ad obſeruantiam regulæ pleniorem, vt ſilentium diſciplinam recognitionem culpæ in capitulo. ſed ſerena conſcientia. q. 5. dicit quòd ſi huiuſmodi pręceptum ſit in longum tempus, debet fieri de cõnſenſu ſubditorum, vel eorum qui conueniũt ad capitulum. Nec oportet multiplicare pręcepta ſecundũ

cundum illud Deu.4. non addatis ad verbum, &c. Vide Scotum in 4.d.3.q.2. & Bonauenturã in.2. qui ait: quamuis non teneamur in omnibus obedire prælatis, tenemur tamen nullum eorum mandatum spernere, & Tho. 22. q. 186. art.9.

¶ Pręterea transgresſio quorũcũque præceptorum ſtrictè ſumptorum, ſiue regulæ ſiue prælatorũ, ſine vlla cauſa rationabili excuſante, eſt mortalis vt Caie.2,2.q.104. ar.1.&.2. q.86.art.9.& non ſufficit intentio prælati quando præcipit, ad obligandum: ſi non ſit iuſta & rationabilis cauſa ex parte materiæ. Et prælatus pręcipiens ſtrictè ſub mortali ſine vlla cauſa, eſt tyranus, & dicitur notãter ſine vlla cauſa omnino, quia ſi eſſet aliqua nõ omnino ſufficiens, ad ſtrictè pręcipiẽdũ: tũc licèt ipſe prælatus peccet, tãquã furioſus, abutẽs gladio, ſi intendit ſtrictè p̃cipere ſub mortali, videtur tñ p̃ceptũ ei⁹

valere, tenere & ligare, saltem ad veniale. Vt Gerson Alpha.63. litera. E.q. & Caie.2.2.q.69. art. 6. & quando est dubium de iustitia praecepti, vel de eius intẽtione recurrendum est ad superiorem. Et possunt cognosci praecepta obligare ad mortale ex verbis. Vt si dicat praecipio per obedientiam iniungo, &c, Huiusmodi, communiter obligant ad mortale, vide Hugonem. cap.10. & in isto fo.51.

¶ *Sequitur in regula. Vbicũq; sunt fratres qui scirent & cognoscerẽt, &c.*

QVi non vult regulam cum dispensationibus dictis. c. 2.&.4. obseruare, poterit ad recollectos trãsire. Neque erit impediendus & ratio est quia hæc est regulæ libertas & ea ad libitũ vti potest. Præsertim cum de bona eius intentione prælato suo cõstat,

ſtat, quod eſt intelligendum quando fratres probabiliſsime cognoſcerent, ſe ratione loci, impediri à puritate regulæ ſecundum ſuum rigorem, ſine vlla diſpenſatione, tunc quamuis nullo modo teneãtur: poſſunt tamen libere ad miniſtros recurrere: & miniſtri tenẽtur quoque illis facultatem prębere. Ideo notanter dixit: Qui ſcirent & cognoſcerent, &c. Quòd ſi ſine peccato vel periculo valde propinquo ad peccandum, ibi viuere nõ poſſunt, tenentur tunc ex vi regulæ, & iure diuino, & naturali ad ſuos prælatos recurrere. Et prælati peccant grauiſsime, illis quocunquè modo impedimentum prębẽdo, dummodo habeant valde probabilem de tali periculo certitudinem, Ideo ſi agnoſcerent in tali loco eſſe curam annexam animarũ vel quæſtus in honeſtos contra regulæ obſeruantiam, & generalem ordinis vſum vel eſſe in honeſtã fratrum, vel mulierum ſocietatẽ

& alios abusus & transgressionē regulæ & monasterium deformatum & periculosum tenentur, vt dictum est ad prælatos recurrere & prælati illis facultatem transeū di ad reformata loca concedere.

¶ Sequitur in regula Ministri charitatiuè eos recipiant & tantā familiaritatem habeant circa illos, &c.

¶ Refert Vbertinus hoc in loco & habetur in serena consciētia in questionibus alphabeticis. lit. L. audiuisse quosdā discipulos beati patris Frācisci: causam ob quā positus fuit hic articulus quo ad ministros in regula fuisse propterea ꝙ seraficus pater noster vidit per reuelationem: transgressionē paupertatis futuram esse in ordine: & futuros prælatos qui transgressionem intuentes imperaturi essent tyranicè fratribus illicita: Et ideò appellasse hoc loco ministros, seruos subditorum, & subditos dominos prælatorum, quia prælatus te

netur

netur ſeruire ſubdito vt regulam debitê obſeruare valeat, in hoc enim ſubditus aſt liber & ſuæ ſalutis dominus: & poteſt (humiliter tamen & reuerenter) dicere ſuo prælato. Pater mi tu debes mihi ſeruire & me ipſum regere ad regulæ obſeruantiam & non ad ruinam, & hac de cauſa in hoc articu culo, imponitur prælatis, pietas & familiaritas circa ſuos ſubditos quòd ſi prælati pręcipiãt in loco periculoſo habitare, vt dictũ eſt, non tenẽtur ſubditi obedire, quoniam eſt contra regulam & eius puritatem. Tenẽtur quoque prælati non ſolum in apertis malis, verumetiam in conſcientijs ſcrupuloſis, ſuis ſubditis piè & benigne ſubuenire. 1. Enchiridion fratrum in deciſsione dubij. 16. &.18.

¶Hinc ſiquis velit nudis pedibus incedere & deferre vnum tantam Corrol.

habitum (etiam si non sit in conuẽtu deformato) minister tenetur ei assentire, & de loco & modo prouidere & mittere ad recollectos ꝓuinciæ vbi cõmodius seruet regulam, & rigurosius quoad exteriores corporales obseruantias: quòd intellige verum esse quando non timetur detrimẽtum notabile corporale, vel spirituale, & ita debet limitari Enchiridion in dubio.18. quia ex talibus rigoribus notabiliter excedentibus, propter humanam corporis & animæ infirmitatem (vt sæpè experientia comprobatum est) multa pericula corporalia & spiritualia euenire solent. Vt Gerson tractatu de tentationibus diaboli, refert. Ideo concedi non debet nisi illis de quorum solida virtute atque probata diu & syncera animi intentione firmaq; constantia & sancto proposito, & corporis sana robustaquè virtute cõstiterit. Quia multi sunt de quibus Beatus Bernardus dicit, qui

agit

agit exteri⁹ ea quę alij boni & per fecti communiter non agunt, vult vt de eo admirentur, & beatus Augustinus in lib. de doctrina Christiana dicit: Quisquis rebus praetereuntibus restrictius vtitur, quam se habent mores eorum cum quibus viuit, aut intemperans est aut superstitiosus, quisquis verò sic eis vtitur vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur excedat, aut aliquid significat: aut flagitiosus est. Ideo probandi sunt spiritus, & nō est facile cuiquè spiritui credendum etiam lucenti, quia Sathanas se transfigurat in Angelū Lucis, & Hugo. c. 10. ait. sunt qui etsi corporaliter, non tamen spiritualiter regulæ strictū rigorem obseruant, dum spiritu erroris imbuti, statum ordinis & quæ spirituales alij fratres agunt, spernunt, ignorantes illud. Exercitatio corporalis ad modicū vtilis est, & potius in obedientia humilitate patiētia plenoquè terre- 1. Thim. 4.

norum omnium cõtemptu & propriæ voluntatis abdicatione, oratione clausura cum silentio & animæ puritate: exerceri oportet, quam in iis exterioribus singulariter viuere. Et idem Bernardus in apologia contra quendam qui volebat regulam suam omnino ad literam sine vlla dispensatione obseruare, latius inuehitur. Et Gerson contra Monachum inobedientem nolentem bibere vinum volentemquè alios rigores notabiliter obseruare, in. 3. parte suę summæ alpha. 71. A. B. C. & alpha. 70. litera. I. Et Enchiridion dubio. 17. dicit quòd potest prælatus propter communem vtilitatem & salutem animarum vbi charitas cogeret, præcipere vt remitteretur de rigore regulæ vt aliorum saluti prouideatur, & tunc charitas suplet. Et in omnibus dubijs standum est iudicio prælatorum qui debito modo debẽt hoc aliquib⁹ prohibere & alijs con

concedere (dum talis modus purius viuendi fiat cum circunstantijs debitis) quoniã ex tali diuersitate non destruitur, sed ædificatur: Et regula quæ habet suam latitudinem, dat hanc licentiam. Neque tales dicendi sunt schisma tici, quia ex licentia debita prȩlatorum secundum regulȩ libertatem, ad præfatæ regulæ obseruãtiam confugiunt: atque ita iam non recedunt ab obedientia, nequè ad ordine. Ordo enim non est maior pars fratrũ, sed sanior. Et in singulis prouincijs habentur conuentus valde reformati, vbi qui vult potest perfectè regulam obseruare. Et vbi omnia deessent manet libera facultas recurrendi ad Papam pro debito remedio seu reformatione. Bernardinus de Arebalo dubio. 17. 18. hoc fusius pertractat, & Cordubensis hoc in loco.

V. Conclusio.

Qui

QVi vult manere in conuentu, vbi licite quamuis dispēsatiue, & laxius viuitur, tenetur se conformare cum alijs licite communiter viuentibus in victu & vestitu & alijs quæ possent scandalum & turbationem ex sua singularitate probabiliter generare. Presertim cum à prælatis mandatur vt se conformet cum alijs, dum ibi manere vult seu dum ibi manet ad tempus quousque ei de loco vbi stricte regulam obseruet prouidetur. Et probatur ex Leone.10.§.28.ite & vos, &c. Volumus,&c. Et ratio est, quia nunc est rationabilis causa vt prelatus precipiat & Papa, quod licitū est: quia nō quidem simpliciter impedit illū à via perfectiori: sed ad tēpus supposito quòd ipse vult ibi manere quousque ei debitè prouideatur: & potest ibi recipere vitæ necessaria etiam de reditibus illicitis dūmodo non sint obnoxij restitutioni, & dummodo non participet

cipet in talibus acquirēdis & procurandis, quia ista secunda participatio est peccatū, & sunt in causa taliū transgreßionum, commissiuè & opere, vel omißiuè, quādo poßunt debite resistere verbo, & non resistunt. Sed si istis modis nō participant, imo tristantur & vellēt nobis magis carere talibus vtilitatibus quam eas habere, non peccant.

VI. Conclusio.

A Fortiori prælati maculantur communibus trangreßionibus fratrum cum quibus viuunt, si sunt aliquo modo causa cōmißiuè, seu omißiuè. Probatur cōclusio quia ratione officij prælationis tenentur specialiter præ alijs pugnare pro veritate vitæ & doctrinę, & defendere regulam & ius diuinum, à transgreßione propter honorem Dei. Tum etiam quia sunt pastores & tenētur pascere gregem: alioquin ouis transgres-

Pro prælatis nota.

gressio, illis imputabitur. Et quãdiu is prælati debent aliquando dimittere & dissimulare aliqua mala minora non prohibendo aut corrigendo (propter cauendũ malũ ipsorum seu aliorum probabiliter imminens ex tali correctione infructuosa si fieri attẽtetur secũdum regulam correctionis, tamẽ nullo modo potest prælatus dare licentiam saltem directè ad prędictas seu alias quascunque abusiones seu peccata quęcunque: quia sic cooperatur peccatis aliorum & cum ijsdem macularetur: imò specialiter debet esse diligens ad obuiandum prędictis peccatis, omni modo sibi licito & honesto, vt diuus Bonauentura, & Bernardinus de Arebalo dubio.14. docent & Cordubensis hac in re.

VII. Conclusio.

VBi iam viuitur alicubi deformatè in continua regulæ transgressione mortali: tunc

tùnc acceptantes prælationes sibi per obedientiam iniunctas, peccant mortaliter & peccatis subditorum inuoluuntur, si non intendunt verè & efficaciter aliter viuere quam ab illis deformatis viuitur, & ita se habere in prælatura quòd nullo modo sint in causa seu participent in transgressione communi aliorum: & ratio est, quia quilibet tenetur vitare officium vel statum, vbi communiter mortaliter peccatur, vt doctores docent super illud Ioannis. 21. vado piscari, nisi videant probabiliter se posse efficaciter rumpere iniquitates. Iuxta illud noli, quærere fieri iudex nisi virtute valeas aliorum irrumpere iniquitates, & non tenetur quis obedire prælatis contra animam, præcipientibus, dummodo exponat suo superiori causam suæ resistentiæ, vt habetur in tabula generali. ftc. 05. capituli Basiliensis, & tandem in Eccle. 7.

dubijs

dubijs ſtandum eſt iudicio prælatorum, ſi prælati iudicent cauſam non eſſe ſufficientem.

VIII. Concluſio.

SI frater, qui vult & petit ire ad quærendam puram & perfectam obſeruãtiam regulæ, videt prælatos prouiſionem pręfatã in fraudem nimis differre, tũc ipſe humiliter petita licentia licet non obtenta, poteſt tranſire ad locum religionis vbi debite aut purius regula obſeruetur. Imò tenetur ſi videt ſe non poſſe ſine peccato, in tali conuentu deformato manere. Et probatur ex cap. licet de regularibus. & ratio eſt, quia talis aſcenſus & tranſitus non poteſt vlli denegari, dummodo non ex leuitate ſed ex zelo melioris vitæ petatur. Quia eſſet contra ius diuinum & Spiritus ſancti conſilium agere. Et quando hoc fit nõ ex leuitate, vel odio prælati non datur

Vbi viderint.

datur occasio scandali alicui, quan uis aliqui accipiant scandalum cul pabiliter sicut ex alijs bonis operib⁹: Vt Angelus. titul. religio, & appellatio nobis non est prohibita, nisi in punitionibus, & in præceptis prælatorum in quibus non cõstat aperte quòd contra animam aut regulã iniuste præcipitur: Sed licita est appellatio quãdo impeditur obseruantia pura, & perfecta regulæ, maxime si talis mansio in tali loco non potest esse sine periculo peccati proximo impellẽte. Sed quôd aliquando habitare inter peccatores sit meritorium, diuus Bonauentura. quest. 19. probat.

Appellatio quando licet tn compendio. tit. Appellatio.

Capit. II.

¶ Præcipio firmiter fratribus ne habeant suspecta cõsortia, &c.

 I. Con-

I. Conclusio.

PEr votum castitatis tenemur
vitare omnem impudicitiam
carnalem corde ore & opere
& tactus & affatus, & indirecte
omnes occasiones propinquas ad
immunditiam, & suspecta consor
tia quarumcunq; personarũ quæ
scandalum possunt contra nos gi-
gnere, vel suspicionem apud alios:
& tenemur talia consortia directe
vitare iure diuino naturali quo
tenemur proximum non scanda-
lizare & nostrę saluti & famę pro
uidere. Et ex vi huius præcepti re
gulę tenemur directe nõ habere ta
lia cõsortia vel cõsilia: etiã si nulla
immũditia carnalis nobis sit ex ta
libus cõsortijs oriunda, si alij pro
babiliter possent suspicari, aut scã
dali occasionẽ inde arripere. Hãc
conclusionem tenet Cordubensis
c.11. & doctor innominat⁹ in ex-
positione sine titu.10. & oratione
probatur: Quia Beatus pater no-
ster

ster Frãciscus, solũ videtur in hoc c.11.prouidere de scandalo quod cõtra nos ex nostris familiaritatibus potest generari, vt patet ex fine capituli, ne hac occasione, &c. Et ꝙ scandalũ vitare directe intẽdat, ꝓbatur: quia iã hæc omnia ꝓhibita erãt & alia inquinamẽta cõtra castitatẽ per votũ castitatis, ergo ea iterũ nõ prohibet: vbi nota celsitudinẽ nostræ regulæ, quia nõ solũ ex eius vi tenemur ad castitatẽ sed etiã ad cauẽdas suspiciones: vt diuus Bonauentura in. 2. senten.distin.vlti. quæstio. vlti. & in expositione.cap. 1. regulæ notat. Quãdo aũt sint suspecta cõsortia & eorũ signa, diuus Bonauẽtura super hoc.c.docet: & propria conscientia (quando seculares scandalizantur) dicta, quam ob causam fratres omnino à prædicto scandalo cauere tenentur: quod si non faciant; iuris diuini & regulæ trãsgressores censentur. Neq; excusantur notabili inaduertentia, &

multo minus excusat pertinax quorundam scandali, aliorumcō-temptus,

¶ *Sequitur in regula. Ne ingrediantur monasteria monachum, &c.*

MOnasteria idest collegia, & communem habitationem monialium. Quem quidem ingressum ad claustra domus & officinas interiores, Nicola. 3. art. 9. declarauit, & hoc ex vi regulę prohibitum, nam intentio beati Francisci fuit vitare scandala & pericula quæ facile sequi possent ex tali ingressu ad tales officinas.

In hoc Fol. 43.

¶ Verumenimuero licitum nobis est ingredi septa monasterij ex licentia & priuilegijs in septem casibus sequentibus.

Primus. ¶ Fuit concessus à Pio. 2. ffo. 65.

& à Nicolao.5. ffo.66.ffo.66. prædicationis causa, nam tunc possunt ingredi, quando mittuntur à suis prælatis ad predicandum, & nomine prælatorũ intelligũtur quo què guardiani, fuit autem limitata hæc cõcessio à Leone.10. quo ad intrandum in claustra sanctæ Claræ. Illuc enim ingredi non licet. fff.15.

2 ¶ Confessores monialium possunt ingredi illarum monasteria, tempore pestis ad missas celebrandas. Hoc concessit Leo.8.& habetur.fff, 99.§.accepimus.

3 ¶ Leo.10.concessit vt minores fratres inuitati à prælatis ecclesiarum, vel à religiosis visitãtibus & habentibus curam aliquorum monasteriorum, monialium vt in illis visitent & suum officium faciant, possint ingredi cum illis ad visitãdum, etiam officinas. Hac tamen conditione vt si fuerint subditi, â

ſuo prelato licentiam petant & ha
betur.ſſſ.61.O.ſſ.33.

4 ¶Bonifacius. 8. idem cõceſsit.ſſ.
33.atque etiam inſuper conceſsit
poſsint cum dictis prælatis in-
trare ad defunctarum exequias
celebrandas, & ad proceſsionem
generalem faciendam, nec non ad
confeſsiones audiendas. Eſt tamẽ
hæc conceſsio limitata vt non in-
grediantur monaſteria ſanctę Cla
ræ, vt in primo caſu dictum eſt &
inuenies hæc. ſſſ.15. §. accepimus.

5 ¶Idem Leo.10.conceſsit vt præ-
lati poſsint ſuis ſubditis licentiam
concedere intrãdi clauſtra mona
ſteriorum ſanctæ Clarę, ad haben
dam concionem Calendę, ita tamẽ
vt qui ingreſſuri ſunt, ſint ſenes &
exemplares & probatæ vitæ, intel
ligiturquè nomine prælati etiam
guardianus.ſſſ.62.

6 ¶Leo.10.conceſsit vt confeſſor,
vel

vel prælatus superior possit intrare clausuram ad celebrãdum quã do monialis sanctæ Claræ, infirmatur grauiter, ita vt non possit eo tempore ad cratem venire, ad audienda missam. Verum sacerdoti intranti &non prælato apponũtur sequentes limitationes, nẽpe vt ad nulla alia loca quam ad altare diuertat neque immoretur plus temporis quam ad celebrandum indiget, neque loquatur nisi quod opus est ad missam celebrandem. fff. 93.

7 ¶Deniq; tẽpore extremę necessitatis vtpote si aliqua monialis moreretur, posset cõfessor ingredi monasteria ad audiẽdã eius confessionem. In quo quidem casu posset dictus confessor in defectu sui socij, accipere alium fratrem minorem in socium (fraude tamẽ cessante) quia nõ debet ingredi solus: ad hæc omnia perfectius intelligẽda, lege cõpẽdiũ. tit. ingredi. lege quoq; regulã sanctæ Claræ &

Clipeum Monialiũ vbi & quando liceat ingredi declaratur. Et omnes hæ concessiones sunt intelligendæ ita vt fratres statim (finito negocio propter quod ingressi sunt) foras exeant, quòd si aliquãtulum demorentur sine intentione corrupta, moti curiositate quadam videndi officinas & loquendi cum aliquibus monialibus, non peccant neque censuras aliquas incurrunt. Secus autem si sinistra & iniqua intentione atque corrupta, hoc facerent, quia tunc à cẽsura non excusantur, si talis ingressus sit monasteriorum sanctę Claræ, sancti Dominici, & Cõceptionis. (Et reliquorum etiã monasteriorum monialium iam, vt decretũ est in Concilio Triden. ses. 25. c. 5. Vbi excõmunicatio omnibus monasteria quaruncunque monialium ingredientibus, imponitur.

Speculũ fol. 40. tabula gene. fo. 100.

II. Conclusio.

Acces-

ACcessus ad prędicta monasteria non est ex vi regulæ nobis prohibitus sed, solum generaliter vt allijs Christianis. Licet accessus cum frequentia nobis ex iure canonico prohibeatur.

Constat.c.cum monasteria de vita & honestate clericorum &. cap. periculo, de statu regularium.lib. 6.& nos religiosi præsertim, sum' ad ius hoc commune obseruandū magis obligati, vt.18.q.2. c. in decima &.c.diffinimus, & in compēdio.tit.accedere, & confirmatur ꝙ ex vi regulę non teneamur, quia Nicolaus. 3. in sua declaratione, nil prohibuit, vel specialiter nobis præcepit, sed solum quid nobis esset licitum statuit & declarauit vt fundamento. 5. in principio huius operis, notaui, & hoc intellige nisi sequatur scandalum de accessu sicut dictum est de ingressu. V. g. si talis accessus est cum frequentia quia, tunc ex vi regulę prohibentis scandala, esset prohibitus. Hinc

prælati possunt facultatem concedere accedendi sicut & ingrediendi, quod fortius est, si non est cum frequentia notabili & scandalo.

¶ *Sequitur in regula: Ne fiant compatres virorũ vel mulierum, &c.*

AD hoc ex vi regulæ tenemur ne scandalum oriatur, vt habetur. 16. q. 1. c. placuit. & iure canonico obligamur.

¶ Caput Duodecimum nõ eget exposicione.

HActenus de compẽdio nostrę seraphicæ regulæ ad quã profitendam qui vocati sunt, eamquè vt dictum est seruant, fœlicissimi inter omnes religiosos sunt iudicandi & habendi: Sunt enim in

statu

ſtatu euangelico & perfectiſsi-mo conſtituti, quod ſanctus Bona-uentura: quæſtio. 18. aliquot ratio-nibus demonſtrat: qui ad verbum ita ſcribit, cum quælibet religio ſi-bimet placeat & alijs ſe præferat, quæ ſunt maxime, in quibus bona religio agnoſcatur, & in quibus alia melior altera extimatur? Re-ſpondeo ſępe in vno & in aliqui-bus præcellit vnus ordo alterum, vt iſte in labore, alter in ſilentio, alius in abſtinentia, & ſimilibus. Sed generaliter in iſtis agnoſcitur quis ſit melior. Vnde ſi in ſtudio omnis virtutis vt communiter per ſonæ illius ordinis feruentius & frequētius exerceantur: maximè charitatis, humilitatis & internæ deuotionis, eſt ſignum bonū præ-cellentiæ & perfectionis. Secundū ſi omnia vitia & ſcandala odio ha-bent & ſolicitè cauent & occa-ſiones peccatorum amputant & extirpant & munditiā diligunt &

con-

3 conseruant. Tertium est si boni apud eos diliguntur & fouentur, & despectis alijs, in regimine animarum soli assumũtur & per eos maxime gubernatur ordo ecclesi. 19. qui negligit modica paulatim
4 decidit. Quartum si à seculari frequentia se subtrahunt & honores fugiunt, diuities nõ ambiunt & cõformari huic seculo (tam in moribus quam factis seu qualibet appa-
5 rentia) erubescunt. Quintum, si dãnum & iniurias illatas ac despectiones tacite sufferunt, nec per querimonias vindicare se cupiũt, sed Deum omnium inspectorem attendunt qui suos cum vult potest defendere: cum vero expedire eis nouerit permittit eos pro altiori præmio tribulari, & patienter ferunt donec placuerit Deo aliter ordinare. Quæ ista signa plenius habent, religiones: meliores sunt, & quę minus: sunt minus bonæ, & quæ nil, nihil sunt: qui etiã singulariter in se habet bonus est, etiam

etiam si alij communiter non habent hactenus diuus Bonauentur , faxit Deus optimus maximus vt regulam quam professi sumus , si non strictissime (pro nostra corporis debilitate) saltē cum expositionibus summorum pontificum & cum dispensatione ipsius regulæ autoritate illorum quibus est commissa cura fratrum, & cum dispensatione supradicta. c. 2. &. 4. quæ stat cum pura obseruantia regulæ, eam perfectè obseruemus. Tunc enim beati erimus , & beatitudine æterna perfruemur, cum nobis regulam profitentibus dictum sit. Si tu hęc seruaueris, ego promito tibi vitam ęternam.

Nota: perfectā regulæ, & purā obseruātiā cū dispensatione, vt fo. 59. 52. 82. 84.

Quatuor magistri. c. 2.

Laus Deo.

x En 20 de nov.e de
Ju.a 70 lb.s de tou
santa clara del s.r di
sebastian losano ve
les Ju.o por la tenp
que se cumplen ocho
deste dicho año y los
que tiene de p

Son 28 gallinas

...e d[o]s cientos y treze [...]
... mayordomo del conv[en]to d...
...go basquez por mano de...
...inte y ocho gallinas las que...
... de gallinas de 87 año dig...
...as antes de pasqua de navi[dad]...
...[pa]ga por la venta de las ca...
...dos del dicho conv[en]to [...]

[signature]


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm